

BK<sub>L</sub>  
T10

g

L. J. Rückert.  
№ 23



1043

29

80



# TATIANI

## ORATIO AD GRAECOS.

AD OPTIMOS LIBROS MSS.

PARTIM DENUO COLLATOS RECENSUIT

SCHOLIIS PARISINIS NUNC PRIMUM INTEGRIS ORNAVIT

PROLEGOMENIS ADNOTATIONE VERSIONE INSTRUXIT

INDICES ADIECIT

**IOANN. CAROL. THEOD. OTTO**

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR


THEOLOGIAE IN ACADEMIA IENENSI PROFESSOR P. E. SOCIETATIS

LATINAE IENENSIS SOCIETATIS HISTOR. THEOLOGICAE LIPSIENSIS

SOCIETATIS HAGANAE PRO VINDICANDA RELIGIONE CHRISTIANA

SODALIS.

*Μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος  
αὐτοῦ λόγος ὁ πρὸς Ἕλληνας, ὃς δὴ καὶ δο-  
κεῖ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ  
ὠφελιμώτατος εἶναι.*



CUM SPECIMINIBUS DUORUM CODICUM PARISIENSIS

IENAE

PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.

MDCCCLI.



# **VIRIS**

**EXCELLENTISSIMIS ILLUSTRISSIMIS**

## **CHRIST. GUIL. SCHWEITZER**

**SERENISSIMI MAGNI DUCIS SAXONIAE VMARIENSIS  
VERE INTIMO CONSILIARIO ET IN CIVITATE ADMINI-  
STRANDA MINISTRO**

**ORDINUM MAGNIDUCALIS SAXONICI FALCONIS ALBI REGII SAXONICI VIR-  
TUTIS CIVICAE ELECTORALIS HASSIACI LEONIS AUBEI DUCALIS SAXO-  
ERNESTINI REGII LEONIS BELGICI SUMMIS INSIGNIBUS CONDECORATO  
ORDINUM REGII BORUSSICI AQUILAE RUBRAE CLASSIS PRIMAE IMPERIA-  
LIUM RUSSICORUM S. ANNAE CLASSIS PRIMAE ET S. VLADIMIRI EQUITI  
etc. etc.**

**ATQUE**

## **CAROLO BENEDICTO HASE**

**INSTITUTI FRANCIAE SOCIO PARISIIS SCHOLAE LIN-  
GUARUM QUAE VIGENT ORIENTALIUM PRAESIDI IN  
PARTE BIBLIOTHECAE NATIONALIS CODICES MANU-  
SCRIPTOS COMPLECTENTE CONSERVATORI**

**ORDINIS FRANCICI LEGIONIS HONORIS PRAEFECTO ORDINUM IMPERIALIS  
RUSSICI S. VLADIMIRI REGIONUM BORUSSICORUM MERITI IN LITEBAS  
ARTESQUE ET AQUILAE RUBRAE REGII GRAECI SALVATORIS REGII SAXO-  
NICI VIRTUTIS CIVICAE EQUITI  
etc. etc.**



1887

INSTITUTIONE HUIUS UNIVERSITATIS

GRATUM TESTIFICATURUS ANIMUM

HAEC STUDIA

IN EDENDO TATIANO POSITA

VULT SACRA ESSE

CAROLUS OTTO.



**PRAEFATIO.**

Quum diu sit ex quo S. Iustini Philosophi et Martyris operum quae feruntur omnium editionem anno 1842 inceptam absolverim: quae quidem viris in hoc studiorum genere excellentissimis — non in Germania solum, sed et in Anglia, Francia, Russia, aliis terris — probata est atque iterum (Corp. Apologg. christt. saec. sec. Voll. I — V) annis 1847 — 50 in lucem prodiit: Tatiani Assyrii apologiam pro causa christiana mihi licuit eodem tenore nunc demum edere. Nam et munus quo fungor academicum mea tempora occupavit, et ipse Tatianus moram interposuit; is scilicet, omnium longe difficillimus graecorum apologetarum, maxima obiecit impedimenta. Quam obscurum sit orationis genus quo utitur dici vix potest: quocirca fuere qui eum scite Heraclitum redivivum appellarent vel Tertullianum assyrium.

Caeteris apologetis, pariter graecis atque latinis, licet sit minime inferior: tamen post Worthum et Maranum, abhinc annos centum et quod excurrit, haud reperit qui opus ipsius apologeticum et emendaret et explicaret; nemo voluit negotium aggredi perquam difficile. Quodsi mea nunc opera qualiscunque quum



critica tum exegetica, quam in novam hanc editionem contuli, Deo iuvante effecerit ut rectius legatur Tatianus meliusque intelligatur, fructum me percepisse existimabo.

Depeculatus est quidam Anglus editor meam operum Iustini genuinorum editionem: valde opto ut istiusmodi facinus in Tatianum meum ne committat.

Dabam Ienae die Ascensionis Domini



a. MDCCCLI.



**PROLEGOMENA**  
IN  
**ORATIONEM TATIANI AD GRAECOS.**

---

- I. CONSILIUM HUIUS EDITIONIS.
- II. RECENSUS LIBRORUM MANUSCRIPTORUM.
- III. RECENSUS LIBRORUM IMPRESSORUM.
- IV. RECENSUS TRANSLATIONUM.
- V. DE TATIANEA DICTIONE.
- VI. ARGUMENTUM ORATIONIS.






PHOTODUPLICATION

THE PUBLIC LIBRARY

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY  
130 St. George Street  
Toronto, Ontario M5S 1A5  
Canada  
Tel: (416) 978-2000  
Fax: (416) 978-2001  
www.library.utoronto.ca

ΕΛΛΗΝΙΚΗ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑ  
ΥΠΟΥΡΓΕΙΟ ΠΑΙΔΕΙΑΣ ΚΑΙ ΘΡΗΣΚΕΥΜΑΤΩΝ  
ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΟ ΤΕΧΝΟΛΟΓΙΑΣ ΥΠΟΛΟΓΙΣΤΩΝ ΚΑΙ ΕΚΔΟΣΕΩΝ ΔΙΑΔΙΚΤΥΟΥ  
ΙΤΥΣ





## I. De huius editionis ratione.

**T**extus Orationis Tatiani Assyrii πρὸς Ἕλληνας a me petitus est ex antiquissimo optimae notae codice Parisino n. 174, graeca manu exarato ac meae editionis gratia rursus perlustrato. Minime vero caeteros neglexi codices inferiori aetate scriptos aut parvi aestimavi; plerumque enim unus eorum alterve testimonio suo auctoritatem Parisini primo loco positi magnopere auxit: interdum, fere quaterdecies, emendatiora suppeditarunt. Etiam fragmenta, quae Eusebius ex hac Oratione suae Praeparationi evangelicae inseruit, critica attulerunt subsidia: quibus passim, fere sedecies, a cunctis codicibus illis discessi. Non autem licet scriptorem coniecturis tentare nisi ubi summa corruptelae sit evidentia: ac tum demum, fere tricies, certam quamdam coniecturam sive ab aliis propositam sive a me ipso excogitatam absurdae omnium codicum lectioni praetuli; iustam enim audaciam equidem non reprehendo, sed temeritatem censeo coercendam. Sic igitur factum est ut in constituenda textus recensione Parisinum vetustate et auctoritate praevalentem, auxilio aliorum codicum aequae ac fragmentorum Eusebianorum et coniecturarum adiutus, tantummodo sexaginta circiter locis derelinquerem, idque saepenumero propter



errores eius apprime minutos. — Interpunctionem ad maiorem quam in editis comparet simplicitatem revocavi. Capita orationis eadem (1 — 42) agnovi quae in exemplari Maraniano exstant; margini autem apposui non modo numeros paginarum (141 — 174) et notas literarum (B. C. D) editionis Morellianae anno 1636 vulgatae, quacum usitatissima Coloniensis ex asse convenit, sed paragraphorum etiam numeros (1 — 64) in editionibus Gesneriana et Worthiana indicatos. — Fragmenta Tatiana Maranus tantum pauca publicavit: equidem omnia quae notuere in unum collegi ac digessi.

Adnotatio est critica et exegetica, quemadmodum in mea Iustini editione. Criticae ea ratio est ut et codicum manu exaratorum dissensionem et virorum doctorum measque coniecturas accurate indicet: unde quasi historia *κρίσεως* Tatianae clare perspicitur. In exegetica autem eam viam ingressus sum ut quicquid (aliquo modo dignum memoratu) ex editorum animadversionibus aliorumque scriptis \*) hauriri posset studiose colligerem et cum novis meis notis ad interpretationem pertinentibus proponerem. Tatianus unus omnium Apologetarum graecorum difficillimus censetur: non ignota est sermonis quo utitur obscuritas. Equidem magnam me ab eruditis viris gratiam initurum esse cognovi, si difficultates, quibus interpretes excruciantur, expedire et sententias occultas in lu-

---

\*) De Tatiano inter recentiores perquam erudite commentatus est Herm. Adalb. Daniel: *Tatianus der Apologet.* Hal. 1837. 8<sup>o</sup>. Eius vestigia persequitur Mich. Ledermann: *Examen des hérésies de Tatien.* Argentor. 1845. 4<sup>o</sup>.



*Specimen Codicis Parisini 174.*

ἡ παρ αὐτῶν προφητῶν μορ. τὸ δὲ ἀποδοτεῖ ἕως ἡμερῶν διδασκόμενον



τὴν τῆς ἡμετέρας :

τὰ τῆς αἰῶνος πρὸς ἑλληνας :

μη πανυφίμεχαρ δὲ ἀπὸ ἀποδοτεῖ πρὸς τοῦσ' ἡμετέρας ἡμετέρας  
δὲ ἕλληνας. μη ἵφθομήσῃ τὸ τὸ ἐν τῷ δόγματι τοῖσ' ἡμετέρας  
πᾶσι τῆς δόξης παρ ἡμετέρας. τὸ σύστασθαι οὐκ ἀποδοτεῖ ἡμετέρας  
κτῆσασθαι τὸ μὴ ὁμοῦ μὲν οἱ δόκιμοῦσ' ἡμετέρας. τὸ δὲ ἰόν ἐίρωσ' ἡμετέρας  
ῥημῶν τῆς κη. κἀρ ὡς τὸ δὲ αὐτῶν ἀποδοτεῖ πρὸς ἡμᾶς. πᾶσι τῶσ' ἡμετέρας

ὁ πούδ' ἐν τῷ  
πᾶσι τῶσ' ἡμετέρας  
ἕλληνας  
τῶσ' ἡμετέρας  
κὸν ἀπὸδοτεῖ  
ἡμετέρας



cem proferre studuissem. Itaque id egi ut accurato commentario opus instruerem atque in iusto brevitatis studio nihil praetermitterem quod ad rem faceret. — Scholia praestantissimi codicis Parisini supra memorati, haud indigna omnino quae prodeant, nunc primum integra edidi.

Versio est Maraniana, permultis locis a me emendata; saepissime effeci ut nova fere compareret.

Indices verborum aut posteræ aetati aut Tatiano propriorum formularumque loquendi notatu dignarum, rerum memorabilium auctorumque memoratorum, locorum citatorum confeci quam diligentissime poterat fieri.

Denique, ut etiam hoc addam, ubi meas ad Iustini Phil. et Mart. Opera notas laudavi, usus sum editione altera.

## II. De codicibus manuscriptis.

Reperiuntur hodie, quod sciam, sex Orationis Tatiani codices manu exarati: tres in Italia, duo in Francia, unus in Anglia; accedit septimus, qui ex oculis evanuit.

I. *Codex Parisinus CLXXIV* \*), olim 1358 tum 2919, Parisiis in Bibliotheca Francogallorum Nationali asservatus, membranaceus formae quadratae, Fonteblandensis, foliorum 190, loco undecimo viginti folia complente (fol. 112, a — 132, a) Orationem Tatiani praebet. Titulus praefigitur: *Τατιανοῦ πρὸς*

\*) Harles in Fabricii Biblioth. gr. Vol. VII. p. 89 et Daniel Tattian. d. Apol. p. 78 hunc codicem perperam numero CLXXXI insigniunt.



*Ἑλληνας*. Is codex, quem in Opp. Iustin. Tom. II (= Corp. Apologg. Vol. III) Prolegg. p. XI sqq. descripsi, a Wortho (Praef. ad lect.) in saeculo undecimo reponitur; sed rectius a Montefalconio (Palaeogr. gr., Paris. 1708. Fol., p. 277 sq.) adiudicatur saeculo decimo. Est graecâ manu exaratus, et ut antiquitate sic praestantiâ eminet. In margine passim primâ manu (graece) et raro italâ ineuntis fere saeculi XVI (latine) suppeditat scholia grammatico-dogmatica. Variantes huius codicis lectiones protulit perpauca Ducaeus, cui „ms. reg.“ dicitur; fere omnes autem primus Worthus repraesentavit, qui nonnulla quoque eius scholia luce donavit. Appellavit „Gall. 1“ et Maranus „Reg. 1.“ Equidem lectiones, quae editori Anglicano pariter atque Benedictino latuerunt, una cum caeteris scholiis, quae nunc primum prodeunt, acceptas refero humanitati Caroli Benedicti Hase, illustrissimi librorum mstorum illius bibliothecae conservatoris; is quippe egregium venerandae antiquitatis codicem, rogante me, denuo inspexit et quae ipse accuratissime enotavit edenda mihi concessit. — Vocavi eum „Par. 1.“

II. *Codex Mutinensis*, custoditus Mutinae in Bibliotheca Ducali, membranaceus decimi saeculi, sexto loco Orationem Tatiani suppeditat πρὸς Ἑλληνας. Cf. Opp. Iustin. l. c. p. XXIX. — In magna rerum perturbatione, quae proximo tempore Italiam obtinebat, non licuit variantes huius codicis lectiones arcescere; maxime autem, si coniecturae locus dandus, cum Par. 1 convenire videtur.



III. *Codex Venetus CCCXLIII*, Venetiis in Bibliotheca S. Marci conditus, membranaceus saeculi duodecimi, Orationem Tatiani complectitur. Refert Iac. Morellus (Biblioth. msta gr. et lat. Tom. I, Bassani 1802. 4<sup>o</sup>, p. 223) de eo sic: „Tatiani Oratio ad Graecos anno 1546 Tiguri primum edita est iuxta exemplar, quod Io. Frisius ab Arn. Arlenio Venetiis acceperat: non illud tamen ex codice hoc fuerat expressum; qui ad Etonensem, de Bononiensi Canonorum S. Salvatoris sumptum et a W. Worth in editione Oxoniensi adhibitum, praesertim accedit.“ — Is codex Venetus, nisi egregie fallor, fons fuit primarius, unde Valerianus (in monasterio S. Antonii Venetiis) hausit: de cuius apographis iam agendum est.

IV. *Codex Bononiensis*, Bononiae in Bibliotheca Coenobii Canonorum Regularium S. Salvatoris in vigesimo secundo pluteo repositus et a Valeriano filio Albinii Canonico Regulari S. Salvatoris anno 1533 scriptus duobus tomis, exhibet 1<sup>o</sup>. Eusebii Demonstrationem evangelicam, initio mutilam, 2<sup>o</sup>. Tatiani Orationem ad Graecos, viginti foliis comprehensam. Quod quidem praeter Possevinum in Apparatu sacro (Colon. 1608. Fol.) Tom. II. p. 449 Montefalconius in Diario italico (Par. 1702. 4<sup>o</sup>) p. 408 testatus est. — Ex hoc codice transcriptus est:

V. *Codex Aetonensis MDCCCLXXXVI*, in Bibliotheca Collegii Aetonensis sub arce Windesoria servatus: Τατιανοῦ πρὸς Ἕλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδεύματων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὐρεσίαν ἐσχηκός. Cf. Catalog. librorum



mstorum Angliae et Hiberniae Tom. II (Oxon. 1697. Fol.) p. 48. Cum excusis accurate collatus est a Wortho in aedibus Henrici Godolphin, Collegii Aetoniae tunc Praesidis. „Est autem codex iste“, ut ille editor in Praef. ad lect. ait, „apographum [in fol.] transcriptum anno 1534 a Valeriano nescio quo Foro-Liviensi ex exemplari quodam in Bibliotheca Coenobii S. Salvatoris, illo ipso, ni fallor, Bononiae cuius meminit Possevinus in Apparatu sacro.“ — A Marano „Anglicanus“ in notis vocatus est; sed a me ut a Wortho „Aet.“

VI. *Codex Parisinus MMCCCLXXVI*, olim numeris 418. 446. 2167 notatus, in Bibliotheca Francogallorum Nationali asservatus, chartaceus, Fonteblandensis, quarto loco viginti foliorum (fol. 149, a — 169, b) Orationem Tatiani habet. Titulus literis rubris praefigitur: *Τατιανοῦ πρὸς Ἕλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδεύματων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εἴρησιν ἐσχηκός.* Ultima syllaba —ός atramento in —ε mutata est, ut *ἔσχηκε* (debebat esse *ἔσχηκεν*) legeretur. Continentur praeterea (vid. Catalog. Bibliothecae Regiae P. II, ex typogr. regia 1740. Fol., p. 491) hoc codice: 1°. Asclepii, philosophi Tralliani, scholia in libros Nicomachi Arithmetices elementorum (fol. 1, a — 56, a). 2°. Nicomachi Geraseni Arithmetices elementorum libri duo (fol. 57, a — 101, b). 3°. Cleomedis De contemplatione orbium coelestium libri duo (fol. 103, a — 148, b). 5°. Gregorii commentatio De anima ad Tatianum (fol. 170, a — 172, b): *Γρηγορίου περὶ ψυχῆς πρὸς Τατιανόν.* Hunc Gregorii (Thaumaturgi)





Specimen Codicis Parisini 2376.

ταπεινὸν πρὸς ἄλληννας. ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἐπιτόμιον σου ματ  
οἱς ἄλληννας καλῶπιζοῦν ἄλληννας ἄλλα ἐκ βλεβ δὲ τὸ εἶπε ἄλληννας.

**Κ**ὴ πεσὺς φιλίφιδεως δὲ ἀκίλεως πρὸς τοὺς βλεβ δὲ  
οὐκ ἀνδρὺς ἄλληννας. μή δὲ φδομησθε τοῖς τοῦ ἐν δὲ  
ἴν. ποῖοντ ἐπὶ τῆ δὲ εὐμαρταδὺ μὲν τὸ ὑσασθὶν οὐκ ἀπόρων  
βλεβ δὲ ἀνωνησθαι. δὲ λήστων μὲν γὰρ οἱ δὲ δὲ ἄλληννας  
δὲ ἄλληννας ἐκ τῶν ματίν. ἀλλὲν δὲ ἀλληννας πρὸς τῶν. πλὴν -  
οὐδὲ οὐκ ἐν φελγας. καὶ τὸ ἀλληννας οἱ πρὸς τῶν οὐκ ἀλληννας.



libellum, septem tantum capitulis comprehensum, *Nourrius* in Apparatu ad Bibliothecam Maximam vett. Patrum etc. P. I (Paris. 1703. Fol.) p. 529 ineditum putavit; sed vide sis *Thom. Ittigii* Historiae eccles. sec. saec. selectt. capp. (Lips. 1711. 4<sup>o</sup>) p. 19 sq. et *Io. Alb. Fabricii* Biblioth. graec., cur. Harles., Vol. VII (Hamb. 1801. 4<sup>o</sup>) p. 257. 6<sup>o</sup>. *Georgii Gemisti Plethonis* De virtutibus liber (fol. 173, a — 179, a). 7<sup>o</sup>. Eiusdem Antirrheticus, adversus ea quae Scholarius pro Aristotele scripserat (fol. 179, b — 213, a). 8<sup>o</sup>. *Bessarionis* cardinalis Ad *Georgium Gemistum Plethonem* quaestiones quattuor (fol. 213, b — 215, b). 9<sup>o</sup>. *Georgii Gemisti Plethonis* Ad *Bessarionem* responsio duplex (fol. 215, b — 221, a). 10<sup>o</sup>. Eiusdem De iis in quibus *Aristoteles* diversum sentit a *Platone* (fol. 222, a — 236, b). 11<sup>o</sup>. Eiusdem *Zoroastreorum* et *Platonicorum* dogmatum summa (fol. 237, a — 239, b). Tum, post folium literis non impletum, 12<sup>o</sup>. Eiusdem *Thessaliae* chorographia (fol. 241, a — 249, b). 13<sup>o</sup>. Eiusdem e *Polybio* de Italiae figura excerptum (fol. 250, a — 251, b). In hoc codice tres librariorum manus saeculi decimi sexti conspiciuntur. *Nourrius* l. c. eiusque vestigiis *Montefalconius* l. c. p. 96 et *Daniel Tatianus d. Apol.* p. 78 eum memorant anno 1534 a *Bessarione* monacho in monasterio *S. Antonii Venetiis* exaratum esse. At *Car. Ben. Hase* in hoc codice, quem a me rogatus pervolutavit, refert se nomen illius monachi non reperisse; hanc tantummodo notam a scriba literis rubricatis praebere fol. 236, b: *Ὁ ἀδελφὸς βαλεριανὸς ἔγραψε ταύτην βίβλον, ἐν τῷ μονα-*  
b



στηρίω τοῦ ἁγίου [sic, cum spir. leni] ἀντωνίου ἐνετίησι  
 [= Venetiis] ἔτει τοῦ κυρίου ἡμῶν αφλθ. [= 1539]  
 ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον † Unde patet  
 codicem a Valeriano Foroliviensi Canonico Albini  
 filio in monasterio S. Antonii Venetiis scriptum esse, qui  
 codicem quoque Eusebii Demonstrationis evangelicae Pa-  
 risinum (Regium) n. 1901 (nunc 473) confecit, ubi teste  
 Montefalconio l. c. p. 88 (coll. p. 108) ad cal-  
 cem haec habentur: Ὁ βαλεριανὸς φωρολιβιὲς ὁ ἀλβίνου,  
 κανονικὸς τῆς πολιτείας καλουμένης τοῦ σωτῆρος ἡμῶν  
 [= Canonicus Capituli S. Salvatoris], ταύτην γε βιβλὸν  
 ἐν τῷ τοῦ ἁγίου ἀντωνίου μοναστηρίῳ ἐνετίησιν [sic].  
 ἔγραψε, ἔτει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ αφμγ [= 1543]  
 τετάρτη μηνὸς Σεπτεμβρίου ἰσταμένη. δόξα τῷ θεῷ ἡμῶν \*).  
 Idem igitur Valerianus et Demonstrationem Eusebii et  
 Orationem Tatiani pluries descripsit; originem enim  
 ab hoc librario ducunt codices Aetonensis et Bono-  
 niensis (Dem. Eus.), quibus Frisianus haud dubie  
 adnumerandus est. Linguam autem graecam parum  
 cognitam habuit; nemo nimirum ortu Graecus ἐνετίησι  
 (sine ν) scripsisset sed hiatum evitasset \*\*). Scholia  
 ad Tatiani Orationem calamo scriptorio exaratam non  
 suppeditantur; tantummodo aliquot lectiones variae vel

\*) Teste „Catalogue des Manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escurial, par E. Miller“ (Par. 1848. 4<sup>o</sup>) p. 292, etiam codex Scor. 343 a Valeriano scriptus est, qui haecce praebet fol. 112, a: Ἐγράφησαν καὶ ταῦτα τοῦ Εὐκλείδου Δεδομένα ἦτοι τῆς Θεῶνος ἐκδόσεως αφμβ' [= 1542] νοεμβρίου πρώτῃ διὰ χειρὸς μου Οὐαλεριανοῦ Φωρολιβιέως ὁ [sic] Ἀλβίνου ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου μοναστηρίῳ μοναχοῦ.

\*\*\*) C. B. Hase: „Oft habe ich von den Bauern in Attika und Kleinasien sagen hören οἱ νῶμοι statt οἱ ὄμοι, aller Orthographie zum Trotz.“



potius emendationes medio fere saeculo decimo sexto ad marginem coniectae sunt manu alicuius Graeci occidentalis. — Hunc codicem neque siglo Worthiano „Gall. 2“ neque Maraniano „Reg. 2“ designavi, sed appellavi „Par. 2.“

VII. *Codex Frisianus*, qui *Orationem Tatiani* continet, a *Ioanne Frisio* anno 1545, quum in itinere italico ageret Venetiis, ex amici *Arnoldi Arlenii Peraxyli* liberalitate ad *Tigurinos* deportatus est. Is vero, si superest, ubi hodie asservetur equidem nescio \*). Titulus: *Τατιανοῦ πρὸς ἑλληνας. ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνας καλλωπίζονται ἑλληνικὸν ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν εὐρησιν ἐσχηκός.* In margine variantes comparent alius codicis lectiones vel emendationes. Hic codex, qui ab eodem illo *Valeriano Foroliviensi* Venetiis in monasterio *S. Antonii* videtur exaratus esse, in editione *Tatiani* principe (*Tiguri* 1546) diligenter typis descriptus est. Cf. *Frisii Epist. dedic. in Edit. princ. p. 276.* — A *Wortho* et *Marano* designatur per „*Tigur.*“; a me per „*Fris.*“

Equidem vero auctoritati antiquissimi praestantissimique *Parisini 1*, cui *Mutinensis* videtur consimillimus esse, in textu constituendo quantum fieri potuit obsequendum censui. Caeteri codices, ab illo *Valeriano* quarto saeculi decimi sexti decennio confecti (potissimum, opinor, iuxta exemplar *Venetum* saeculi duodecimi), quamvis singuli interdum scripturas habeant

\*) *Daniel l. c.* scribens: „Wahrscheinlich ist er später nach Venedig zurückgekommen und ist derselbe der in dem Cataloge der *S. Markusbibliothek* erwähnt wird“ — verbis *Morelli* supra (p. XV) allatis refellitur.



peculiares, ad unam tamen eandemque familiam pertinent: id quod ex permultis patescit indiciis, inprimis ex consensione lectionum creberrime conspicua: nimirum ex Bononiensi (a. 1533) effluxit Aetonensis (a. 1534) atque ex alterutro Parisinus 2 (a. 1539); utrum autem Frisianus (ex Veneto) prius quam exemplar Bononiense scriptus sit, nec ne, id non liquet.

Iam alia accedunt subsidia critica, quibus in mea editione usus sum. Etenim permulta ex opere Tatiano. cc. 31 et 36 -- 43. Eusebius episcopus Caesariensis in *Praeparationis evangelicae* lib. X. cap. 11 transscripsit, ita quidem, ut interdum interpretis aut emendatoris provinciam susciperet: in nonnullis librarii Eusebiani peccaverunt. Itaque mihi hoc curae fuit ut duas „Eusebii Pamphili Praeparationis evangelicae“ editiones sedulo conferrem, quae eodem fere tempore prodierunt: Heinichenianam et Gaisfordianam. Ac Heinichenus quidem, gymnasii Annaemontani prorektor, illam Praeparationem evangelicam Lipsiae a. 1842 sq. (2 Tom.) edidit ad Vigerianam textus recensionem maxime conformatam; Gaisfordus vero, linguae graecae in academia Oxoniensi professor, eandem Praeparationem evangelicam Oxonii a. 1843 (4 Tom.) recensuit ad codices manuscriptos, quorum ope textum vulgatum saepe emendavit. Ex numero autem codicum integrorum, quippe qui librum etiam Praeparationis decimum (c. 11) complectantur, hae sunt memorandi:

I. *Parisinus* Bibliothecae Nationalis n. 466 membranaceus, saeculo XIV exeunte pulcherrime scriptus. — Est Gaisfordo cod. C, mihi E. s. P. a. r. 1.



II. *Parisinus* Bibl. Nat. n. 467 chartaceus, recens. — Gaisf. = D, mihi = E us. Par. 2.

III. *Parisinus* Bibl. Nat. n. 468 chartaceus, recens. — Gaisf. = E, mihi = E us. Par. 3.

IV. *Florentinus* Bibliothecae Mediceae plut. VI. 6 membranaceus, saec. XV. — Gaisf. = F, mihi = E us. Flor. 1.

V. *Florentinus* Bibl. Med. plut. VI. 9 chartaceus, saec. XIV. — Gaisf. = G, mihi = E us. Flor. 2.

VI. *Venetus* Bibliothecae Marcianae n. 341 chartaceus, saec. XV. — Gaisf. = I, mihi = E us. Ven.

Praeter illos codices Gaisfordianos exstat:

VII. *Oxoniensis* Collegii S. Ioannis Baptistae, „liber melioris notae“ (Routh: Reliqq. sacrr. Vol. II, ed. 2. Oxon. 1846, p. 82), a Wortho collatus.

Codices Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. in plerisque concordant; Par. 3 ex Ven. descriptus videtur.

### III. De codicibus editis.

Tatiani Oratio ad Graecos primum, una cum aliis veterum Patrum scriptis, Tiguri anno 1546 e prelo prodiit. Titulus editionis hic est: „*Ἐν τῇ παρούσῃ βίβλῳ ἔνεστι τὰδε· ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ ἐκ διαφόρων τῶν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τῶν θύραθεν βιβλίων τόμοι τρεῖς. ΜΑΞΙΜΟΥ κεφαλαίων περὶ τελείας ἀγάπης καὶ ἄλλων ἀρετῶν ἑκατοντάδες δ. ΘΕΟΦΙΛΟΥ πρὸς Ἀντόλκον περὶ Θεοῦ καὶ πίστεως Χριστιανῶν βιβλία γ. ΤΑΤΙΑΝΟΥ Ἀσσυρίου λόγος κατὰ ἐθνῶν.* Hoc volumine continentur: Sententiarum sive capitum, theologicarum praecipue, ex sacris et profanis libris Tomi tres, per



Antonium et Maximum monachos olim collecti. Antonii Loci Melissa inscripti numero sunt 175, Maximi vero 71. Abbae Maximi, philosophi, confessoris et martyris, Aphorismorum seu capitum de perfecta charitate et aliis virtutibus christianis ad Elpidium presbyterum centuriae III. Theophili sexti Antiochensis episcopi de Deo et fide Christianorum contra Gentes Institutionum libri tres ad Autolycum. Tatiani Assyrii, Iustini martyris discipuli, Oratio contra Graecos. Omnia nova et antea nunquam edita; praeter Maximi Centurias, nunc etiam castigatiores. Christophorus Froschoverus excudebat Tiguri, Anno M.D.XLVI.“ Fol. — Principem hanc Tatiani Orationis editionem (p. 277 — 291) Ioannes Frisius Tigurinus parandam curavit. Is enim codicem quem Venetiis a. 1545 nactus est (vid. supra p. XLX) civi suo CONRADO GESNERO tradidit, qui eum summa diligentia Tiguri a. 1546 typis vulgavit una cum scriptis antea memoratis et (p. 276) epistola Frisii dedicatoria ad Hieronymum Frick Bernatem. In margine editionis praebentur non lectiones tantum codicis Frisiani marginales, notulâ „al.“ vel obelisco vel stellulâ insignitae, sed etiam Conradi Gesneri, illius polyhistoris, coniecturae et emendationes, voculis „forte“ et „lego“ aliisque huiusmodi indicatae. Oratio divisa est in 64 paragraphos („portiones“). Animadversiones dedit Henricus Stephanus in calce huius libri: Iustini Phil. et Mart. Epistola ad Diognetum et Oratio ad Graecos, nunc primum luce et latinitate donatae; Tatiani, discipuli Iustini, quaedam. Par. 1592. 4<sup>o</sup>. p. 107 — 111.



Iterum Tatiani Oratio prodiit in hac collectione a IOANNE HEROLDO parata: „Orthodoxographa theologiae sacrosancta ac syncerioris fidei Doctores numero LXXVI“ etc. Basileae (per Henricum Petri) a. 1555. Fol. p. 189 — 220. — Textus graecus una cum notis marginalibus (tantum non omnibus) ex editione Tigurina (omissis paragraphorum numeris) repetitus est; in perpaucis ab ea aberrat. Accedit versio Gesneriana. Auctor editionis Oxoniensis (in Praef. ad lectorem) et Nourrius (l. c. p. 530) Orationem „haud semel“ inter Orthodoxographa prodiisse scribunt. Sed nulla post annum 1555 Orthodoxographorum editio habetur, in qua illa seu graece seu latine exstet.

Eandem Tatiani Orationem in calce Operum Iustini Phil. et Mart., una cum Athenagorae, Theophili, Hermiae scriptis, edidit FEDERICUS MORELLUS Parisiis anno 1615 et, aliquot locis emendatis, denuo 1636. Fol. Append. p. 141 — 174. — Textum editionis Tigurinae absque notis exhibuit, ita tamen, ut coniecturas et emendationes Gesneri marginales in eum tacite admitteret. Praeterea versionem eiusdem Gesneri adiecit. Equidem altero Morelli exemplari usus sum. Quod quidem ex asse expressit editio quae COLONIAE seu potius Vitebergae anno 1686 lucem vidit, aucta Christiani Kortholti commentario, Kilonii antea a. 1675 Fol. publici iuris facto. Vide quae de his editionibus in Opp. Iustin. Tom. I (= Corp. Apologg. Vol. I) Prolegg. p. XXV sq. dixi.

Ex editione Tigurina FRONTO DUCAEUS (Le Duc) Tatiani Orationem cum versione latina inseruit





(quartae) Parisiensis Patrum Bibliothecae (a. 1624) auctario graeco-latino, h. e. „Bibliothecae veterum Patrum seu scriptorum ecclesiasticorum“ Tomo primo, Parisiis (per Sonnios fratres et Hieronymum Drovardum) M.DC.XXIV, cum privilegio Regis, Fol. p. 160 — 187. Cf. Thom. Ittig De Bibliothecis et Catenis Patrum (Lips. 1707) p. 92. — In eo tantum ab exemplari Tigurino abiit, quod emendationes coniecturasque Gesneri supra memoratas et interdum lectiones codicis Par. 1 cum silentio textui Orationis inseruerit. Ad calcem Tomi (p. 42 — 44) suas in Tatianum notas coniecit: quibus aut vitiosos aliquot locos ex Eusebio ac potissimum ex Par. 1 („ms. reg.“) correxit, aut nonnulla illustravit quae de quibusdam gentilibus viris et mulieribus scriptor memoravit.

Editionibus Iustini Phil. et Mart. ineunte saeculo decimo octavo Oxoniae prelo commissis (cf. Opp. Iustin. l. c. p. XXVI sq.) haecce conformis est: „*Τατιανοῦ πρὸς Ἑλληνας. Ἑρμίου διασχυρὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων. Ἐκ Θεάτρον ἐν Ὁξονίᾳ, ἔτει Θεογονίας αψ'.* Alter titulus: „Tatiani Oratio ad Graecos. Hermiae Irrisio gentilium philosophorum. Ex vetustis exemplaribus recensuit, adnotationibusque integris Conradi Gesneri, Frontonis Ducaei, Christiani Kortholti, Thomae Galei, selectisque Henrici Stephani, Meursii, Bocharti, Cotelarii, utriusque Vossii, aliorum, suas qualescunque adiecit WILHELMUS WORTH, A. M. Oxoniae, e theatro Sheldoniano, An. Dom. MDCC. Impensis Ioannis Oweni.“ 8°. — Editor eruditissimus, archidiaconus Vigorniensis, in dedicatoria ad episcopum suum epistola pronuntiat inter alia: „Cum omnes



atheismi machinas in hoc conversas viderem ut, impetitâ publice religione nostrâ omnique adeo divinitus revelatâ, sub specie *naturalis religionis* excolendae paganismo via sterneretur, incidebam forte in hanc Tatiani Orationem *πρὸς Ἑλληνας*. Avide autem perlectam ipsam ac penitius paulo introspectam cum pluribus de causis mirifice probarem, tum eo praesertim nomine quod luculentissime demonstret *religionem* hanc omnem *naturalem*, quam dicimus, misellum quiddam esse, parumque admodum valere ad excolendum animum moresque informandos, nisi iusuper legis christianae nostrae lumen accesserit. Tum vero ad hanc Orationem accuratius paulo adhuc examinandam me accinxi“ etc. \*). - In Praefatione ad lectorem dicit se ex editionibus superioribus Tigurinae summam habuisse rationem, „utpote in multis longe purioris et emaculatoris posterioribus, quae a textu Tigurino pro editorum arbitrio saepiuscule recessere“; quum tamen editionem (Morelli) Parisiensem maxime ac propemodum solam studiosorum manibus tritam videret, omnino consultum duxit ipsius in sua editione vestigiis insistere \*\*). Quamquam in plurimis locis lectionem genuinam restituit, raro quidem in ipso textûs corpore, frequentius autem in notis textui subiectis. Nactus enim est codicum manu exaratorum omnino trium lectiones va-

\*) Daniel l. c. p. 83: „Wollte man in unsern Tagen von ähnlichem Gesichtspunkte aus eine neue Ausgabe des Apologeten motiviren, so dürfte man darauf hinweisen, wie Tatian, ein völlig historisch gebildeter, mit skeptischem Misstrauen positive Thatsachen durchforschender Mann, an der historischen Grundlage des Christenthums, die er einer genauen Prüfung unterwarf, keinen Anstoß nahm.“

\*\*) Usus est prima Morelli editione (a. 1615).



riantes. „Duos suppeditavit Bibliotheca Regia Parisiensis: unum membranaceum, ante annos quod creditur sexcentos exaratum [= Par. 1], chartaceum alterum, seculo superiore sub Henrico II Galliarum Rege [?] scriptum“ [= Par. 2]. Horum collationes Michael Lequien fo. Millio transmiserat: qui editori tradidit. Tertium codicem, in Bibliotheca Collegii Aetonensis asservatum, ipse contulit. Orationem, iuxta editionem principem in paragraphos 64 distribuit, Gesneri versionem („paucis hinc inde, quod necesse erat, mutatam“) exhibuit, integras eiusdem pariter atque Ducaei adnotationes repetiit, multa insuper quae a viris doctis in Tatianum reperit adnotata suis locis disposuit. His omnibus adiecit Tatiani sententiam de filii τῶ συναιδίῳ a Bullo in Defensione fidei nicaenae explicatam (p. 143 — 151), Kortholti adnotationes (p. 152 — 155), Pearsonii coniecturas ad oram libri sui notatas (p. 155), Frisii et Gesneri epistolas dedicatorias (p. 157 sq.), Nourrii dissertationem (p. 159 — 209), Cavei in Historia literaria de Hermia iudicium (p. 210 — 212), Hermiae Gentilium philosophorum irrisionem gr. et lat. (p. 213 — 229), indices rerum et auctorum (p. 230 — 252), denique [abbatis Ludovici du Four de Longuerue] dissertationem in Tatianum beneficio P. Halloixii acceptam, „nunc primum editam“ (p. I — XXVII) et postea a Ioanne Vogt in Bibliotheca historiae haeresiologicae Tom. I. Fasc. 2. (Hamb. 1723) p. 201 sqq. recusam. — Cf. Acta eruditorum anno 1701 publicata (Lips.) p. 268 sqq., Bernardi Nouvelles de la republ. des lettres, mois de Sept. 1701 (Amstel.) p. 317 sqq.,



Tentzelii Curieuse Bibliothec, Tom. I (1704) p. 226 sqq..

Novo posthac vestitu prodierunt opera Apologetarum graecorum curâ PRUDENTII MARANI Parisiis (Hagae Comitum) anno 1742. Fol. mai.. De hac editione in Opp. Iustin. l. c. p. XXX sq. pluribus egi. — Oratio Tatiani p. 243 — 276 legitur, in capita 42 bene distributa. Doctus ille presbyter et monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri nova codicum auxilia non comparavit: attamen textum passim sanavit, locos obscuriores interdum luce donavit, versionem Gesnerianam sic emendavit ut nova possit videri. Interdum cum Morello, cuius editionem typothetae tradidit, in vitiis graeci textus concordat. In Praefationis Parte III exponit p. XCVII sqq. de Tatiani studiis literarum et conversione (c. 10), de haeresi in quam lapsus est et de secta Encratitarum ab eo conflata (c. 11), de eius scriptis (c. 12). — Marani exemplar paginis paullulum immutatis recusum est Venetiis anno 1747 Fol. mai.. Oratio Tatiani p. 256 — 293 praebetur.

Ad hoc Venetum Marani exemplar Orationem eandem graece et latine edidit ANDREAS GALLANDI: Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque Scriptorum ecclesiasticorum. Tom. I (Venet. 1765. Fol. mai.) p. 636 — 670. Doctus ille Congregationis Oratorii presbyter perpaucas adnotationes Maranianis addidit. Prolegomena de Tatiano p. XCVIII sqq. praemisit. Ad textum graecum quod attinet, ea accurate notavi quae recedunt ab editione Marani; consulto Gallandius mutavit nusquam, sed interdum Veneto exem-



plari isto, quippe mendoso, in errores inductus est. — Absque notis secundum idem exemplar oratio graece et latine inserta est Opp. Patrum graecorum [cura F. R. OBERTHÜR] Vol. III (Wirceb. 1779. 8<sup>o</sup>) p. 24 — 103.

#### IV. De codicibus in alias linguas versis.

Eodem anno, quo editio princeps graece vulgata est, latina Tatiani translatio auctore CONRADO GESNERO prodiit. Index idem est quem supra (p. XXI) memoravi: „Hoc volumine continentur: Sententiarum sive capitum“ etc. „Christophorus Froschoverus excudebat Tiguri, Anno M.D.XLVI.“ Fol. Cf. Ittig. l. c. p. 26 sq. — Haec versio Gesneriana Georgio Laeto, „Augustae Vindelicorum archigrammateo perfectissimo“ dicata et prolixis adnotationibus ornata est. Mendis minime vacat, ut ipse auctor in praefatione concedit: „Ubi rudis interpretatio occurret ignoscas; non enim licuit mihi variis negotiis intricatissimo, non dico ut vellem sed neque ut possem, stilum accuratius expolire.“ Tenzelius in Miscellann. ecclesiast. (Lips. 1708. 4<sup>o</sup>) P. I. p. 218 eam Conrado Clausero tribuit: quem quidem errorem iam Ittigius in Historiae eccles. sec. saec. selectt. capp. p. 16 refutavit. — Haec versio repetita est in editionibus Tatiani Heroldiana, Morellianis, Ducaeanis, Worthianis, quas supra recensui. Etiam inserta est Bibliothecae SS. Patrum, a Margarino de la Bigne adornatae, edit. 1. Tom. VIII (Par. 1575. Fol.) p. 47 sqq., ed. 2. Tom. IV (1589) p. 1246 sqq., ed. 3. Auctar. (1610),



Magnae Bibliothecae veterum Patrum (Colon. 1618. Fol.) Tom. II. nr. 5, Maximae Bibliothecae veterum Patrum (Lugd. 1677. Fol.) Tom. II. P. 2. p. 194 sqq., partim Francisci Rous Mellae Patrum etc. (Lond. 1650. 8) p. 66 sqq..

Novam fere translationem exhibuit PRUDENTIUS MARANUS in sua Tatiani editione (cf. supra p. XXVII), unde repetierunt non tantum Gallandius et Oberthürus, sed etiam Caillau et Guillon in Collectione selecta SS. ecclesiae Patrum etc. Tom. II (Par. et Lips. 1829. 8) p. 5 — 42.

Praeterea translatio Orationis italica et germanica invenitur:

Orazione di Taziano ai Greci, e frammento del dialogo di Bardesane sul destino. Recate dal gr. in ital., c. prefaz. e note, da GIOVANNI BATTISTA GALLICCIOLI. In Venezia 1800. 8.

„Sämmtliche Werke der Kirchen-Väter; aus dem Urtexte in das Teutsche übersetzt. Kempten, Kösel-sche Buchhandlung. 1830. 8. Tom. II. p. 139 — 192: „Tatian's Rede an die Heiden.“

Excerpta offerunt: germanice CHR. FR. RÖSSLER in Biblioth. Patrum eccles. Tom. I. p. 255 — 261; gallice MAR. NIC. SYLV. GUILLON in Biblioth. select. Patrum eccles. Tom. I. p. 327 — 335.

## V. De Tatianea dictione.

Constat christianos apologetas saeculi secundi, Athenagora excepto, in scriptis suis plerumque incommo- dicendi genere usos esse, id quod ipsi ingenue sunt



professi. Putaverunt enim christianam causam per se-  
met ipsam ita viribus pollere ut ornatu orationis ad  
eam defendendam haud esset opus; insuper comtam  
dictionem dissuasit summa scriptorum sacrorum simpli-  
citas: quae quidem inter alia effecit ut Tatianus nō-  
men Christo daret. C. 29: *Καί μοι πεισθῆναι ταύταις*  
(h. e. γραφαῖς βαρβαρικαῖς) *συνέβη διά τε τῶν λέξεων τὸ*  
*ἄτηγον καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον.*

Ipsam audiamus Tatianum: in dicendo quis quon-  
dam fuerit, arte rhetorica institutus, et qualis postea  
optaverit esse, christiana disciplina imbutus \*). Genti-  
lium enim dictionem c. 1 perstrinxit sic: *Τὸ πάντων*  
*ἀτοπώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς ἑμῶν ἐρητηγείας τετιμήκατε,*  
*βαρβαρικαῖς τε ἑθναῖς ἔσθ' ὅτε καταχρώμενοι συμφύρτην*  
*ἑμῶν πεποιήκατε τὴν διάλεκτον. Τοῦτον χάριν ἀπεταξά-*  
*μεθα τῇ παρ' ἑμῶν σοφίᾳ (h. e. ῥητορικῇ), κἄν εἰ πάνν*  
*σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Κατὰ γὰρ τὸν κωμικὸν*

*Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ στρωμύματα*  
*Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.*

Apte adiiiciuntur verba c. 26: *Πάνσασθε λόγους ἄλ-*  
*λοτριούς θριαμβεύοντες καὶ ὡσπερ ὁ κολοῖος οὐκ ἰδίους*  
*ἐπιχοσμούμενοι πτεροῖς. Ἐκάστη πόλις ἐὰν ἀφέληται τὴν*  
*ἰδίαν αὐτῆς ἀφ' ἑμῶν λέξιν, ἐξαδυνατήσουσιν ἑμῶν τὰ σο-*  
*φίσματα.* Patet igitur eum primo rhetoribus favisse  
qui, velut graculus Aesopi, splendidis pennis undique  
collectis orationem effecerunt pictam ac tumidam, et  
magnam in sophistico illo genere gloriam consecutum

\*) Iam H. A. Danielis „Commentationis de Tatiano Apologeta Spe-  
cimen“ (Hal. 1835. 8) p. 16 sqq. expositionem praebet. Equidem vero  
interdum ab hoc specimine recessi: nempe iustis de causis quaedam omisi  
vel emendavi, alia adieci.



esse. Neque ignarus fuit Atticorum sermonis\*), quod quidem ex loco c. 26 intelligitur: *Τί γάρ, ἄνθρωπε, τῶν γραμμῶν ἔξαρτύνεις τὸν πόλεμον; Τί δὲ ὡς ἐν πυγμῇ συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις αὐτῶν διὰ τῶν Ἀθηναίων ψελ- λισμῶν, δέον σε λαλεῖν γρησικώτερον; Εἰ γὰρ ἀττικίζεις οὐκ ὢν Ἀθηναῖος, λέγε μοι τοῦ μὴ δορίζειν τὴν αἰτίαν. Πῶς τὸ μὲν εἶναί σοι δοκεῖ βαρβαριζώτερον, τὸ δὲ πρὸς τὴν ὁμιλίαν ἰλαρώτερον; Tandem, simulac Christo nomen dedisset, has de candore et splendore sermonis sollicitudines negligere coepit. C. 27: *Τί δ' ἂν ὠφελήσειε λέξις Ἀττικῆ καὶ φιλοσόφων σωρεία καὶ συλλογισμῶν πιθανότητες;... Τὸ γὰρ περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν νομοθετοῦντός ἐστιν ἔργον ἐαυτῷ τὰ δόγματα.* C. 35: *Χαίρειν εἰπὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχία καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογίᾳ \*\*).* Et ipsam orationem prorsus alio dicendi genere composuisse fatetur c. 12: *Ταῦτα δὲ ἡμῶν λεγόντων οὐκ ἀπὸ γλώττης οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἐννοιῶν, συντάξεως τε σοφιστικῆς, θειοτέρας δὲ τινος ἐκφωνήσεως λόγοις καταχρωμένων: eam dicit qua scripturae sacrae αὐτοφον et ἀνεπιτήδευτον (c. 29) imitando assequeretur \*\*\*).**

\*) Inde, saltem quod attinet ad etymologicam grammaticae partem, atticum servat colorem. Duae dumtaxat comparent formationes ab Atticis reiectae: ὦνατο c. 8 pro ὠνητο (Phrynich. ed. Lobeck. p. 12: ὠνάμην, ὠνασο, ὠνατο· πάντα ἀδόκιμα) et ἐδέδισαν c. 34 pro ἐδέδισαν (Phrynich. p. 180: λέγε τετρασυλλάβως ἄνευ τοῦ ε).

\*\*) C. 26: *Ἀρχὴ τῆς φλυαρίας ὑμῖν γεγόνασιν οἱ γραμματικοί.* C. 27: *Τὰ δὲ τῶν ὑμετέρων λόγων ἐπιτηδεύματα κατὰ τὸν ἀμετροεπεῖ Θεράτην γίνεται.*

\*\*\*) Daniel Tatianus d. Apol. p. 73: „Wenn man bedenkt, wie innig eine gewohnte und liebe Schreibweise mit unserm ganzen geistigen Sein verwächst, so lässt sich vermuthen Tatian habe nicht sogleich und auf ein Mal sich seines rhetorischen Stiles entäussern können, er müsse noch oft aus der erwählten Einfachheit in seine frühere Schreibweise gerathen sein. Wirklich bietet die merkwürdige Diction der Apologie





Hoc sane extra omnem dubitationem positum est Tatianum, tametsi satis idoneis argumentis summoque ingenii acumine adversarios oppugnasse facile concedamus, tamen non omni quae par est in oratione literis mandanda usum esse diligentiam neque omnia limam prosecutum. Etenim turbat lectorem ordo rerum saepe neglectus et confusa descriptionis ratio; parem affert molestiam quod auctor passim sententias multas breviusculas coacervaverit et arte quadam neque disposuerit neque ornaverit; accedunt transitiones plane singulares et audaces, quibus ad alia non tam transire quam transilire videtur, ita ut oratio oriatur amputata et abscissa \*). Exempla habes c. 12 sq.: *Χρήσασθε τοῖς δόγμασιν ἡμῶν, πάντων etc.. Καὶ τὰ μὲν προειρημένα*

von diesem Schwanken ein getreues Bild, das Bild eines Mannes der mit einer gewissen saloppen Schreibweise kokettirt, der ein Bettlerkleid über ein reich gesticktes Gewand geworfen und nicht verhindern kann dass zwischen den Fetzen der Schimmer hindurchbricht.“

\*) Sententiarum ordinem in universum servavit, ut „Argumentum Orationis“ infra exhibitum ostendit, quamvis interdum a proposito aberret neque transitus commodos faciat. — Daniel l. c. p. 61: „Was Inhalt und Anordnung der Apologie angeht, so ist Tatian vielfach völlige Planlosigkeit und ungeschickte Vertheilung des Stoffes zum Vorwurf gemacht. Allerdings lässt sich nicht verkennen dass unser Schriftsteller sich häufig durch Zwischengedanken von seinem Hauptgegenstande auf längere Zeit ablenken lasse und es ihm namentlich an passenden, allmählich überleitenden Uebergängen zu mangeln scheint; mehr lässt sich aber nicht zugeben und darthun. Nur wenn man an sein Werk einen logischen Maasstab anlegen wollte, der den Werken der antiken Literatur im Allgemeinen nicht zusagt, wird man sich zu jenem harten Urtheil hingezogen fühlen.“ Möhler *Patrologie oder christl. Literärgesch.*, ed. Reithmayr, Tom. I (Ratisb. 1840) p. 261: „Seine Apologie ist sehr beredt, mit grossem Witz und vieler Gelehrsamkeit geschrieben. Es fehlt nicht an einzelnen sehr treffenden Bemerkungen, aber wohl lässt sich oft die ruhige Entwicklung der angefangenen Gedankenreihen vermissen.“ Cf. Schoell *Geschichte d. griech. Litteratur* Tom. II (Ber. 1830) p. 678.



παραφύρων δαιμόνων ἐστὶν ἀντισοφιστεύματα, τὰ δὲ τῆς  
 ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως.  
 Οὐκ ἐστὶν ἀθάνατος, ἅ. Ἐ., ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτήν, θνητὴ  
 δέ. C. 25 sq.: Κρόνος τοὺς υἱοὺς ἀναλίσκει, καὶ ὁ Ζεὺς  
 τὴν Μῆτιν καταπίνει. Παύσασθε λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύ-  
 οντες καὶ ὥσπερ ὁ κολοῦς οὐκ ἰδίους ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς.  
 Eadem in scribendo negligentia factum est ut multae  
 sententiae laborent obscuritate sensuque admodum in-  
 voluto excrucient interpretes; nam alia cursim et bre-  
 viter attingit ipsoque brevitatis studio fit obscurus, alias  
 de fidei dogmatis disputationes raro illustravit lumine,  
 nec satis explicuit quae per se difficilia sunt intellectu.  
 Quocirca non sine iusta causa alterius Heracliti instar  
 obscuritatis famam apud viros doctos sibi contraxit.  
 Nihilominus, quamquam Tatiani Orationem non ele-  
 gantissime scriptam esse libenter concesserimus, si non  
 plurima at singula certe nitent, nec desunt loci qui  
 eum in rhetorum umbraculis versatum esse prodant.  
 C. 11: Βασιλεύειν οὐ θέλω, πλουτεῖν οὐ βούλομαι etc..  
 C. 19: Τί γάρ ἐστι μαντική etc.. C. 22 ubi in histrio-  
 nem quemdam cavillatio est: Εἰδόν τινα πολλάκις etc..  
 C. 23 ubi pugiles et gladiatores describuntur: Εἶδον  
 ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς σωμασκίας βεβαρημένους etc.. Lepide  
 et facete Gentilium errores castigat. C. 10: Καλὸς ἦν  
 ὁ κύκνος, ὅτι μοιχὸς ἦν etc.. C. 21: Διὰ τί γάρ οὐ κίει νῦν  
 ἡ Ἥρα; Πότερον γεγήρακεν —; At multa praeterea ex  
 sophistarum more nove et velut paradoxa protulit,  
 tamquam pristini sermonis, quem prorsus expellere non  
 potuit, reliquias. C. 3: Διόπερ μὴ παρασχετέωσαν ἡμᾶς  
 αἱ τῶν φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις.  
 C. 6: κἄν ἐν ποταμοῖς, κἄν ἐν θαλάτταις ἐκδ' ἀπανηθῶ.  
 C. 19: Κρίσκησ' οἶνον, ὃ ἐννεοστειίσας τῇ μεγάλῃ πόλει.



C. 34: ἐκύησε τριάκοντα παῖδας... ἀκρασίας τὰ ἀκροθι-  
νιά. C. 22 vocat histrionem quemdam δεισιδαιμονίας  
ἐπιτομήν et θησανρόν μανίας. Item neminem fugit ver-  
borum rariorum eum praebere farraginem, sophistarum  
ingenio plane congruam \*). Memoranda imprimis vi-  
dentur haec, de quibus Stephani Thesaurum graecae  
linguae ex editione Car. Bened. Hase adeas: αἵμα-  
τεχνισία, ἀλόητουργός, γραολογία, δοξομανία, ἐνάμαρτος,  
ἐπικύσμημα, ἐπίμοχθος, ζώωσις, θνητότης \*\*), χοροκόσμιον,  
λαρυγγιάω, μονομερής, παριστάω, πωγωνοτροφέω, ῥιναί-  
λέω \*\*\*), σχηματολογία \*\*\*\*), σωμασμία, ψυχρολογία, ὤμο-  
βορία. Singula Tatiano sunt propria: ἀβδηρολόγος c.  
17, γλωττομανία c. 3, ἔντιφος c. 3, θεατροκοπέω c. 19,  
καταβοθρούω c. 34, κορακόφωνος c. 15, ληστοτροφέω c.  
23, ῥητολογία c. 40, στιχοποιός c. 24. Omnia vero in  
citerioribus graeci sermonis saeculis nata sunt, quae,  
quum subtilitas in sententiarum structura et particula-  
rum usu paullatim evanesceret, magna in verbis pro-  
dendis et componendis utébantur audacia: quo in-  
vento id assequi studuerunt ut sententiam verba con-  
sequerentur. Inde in multis huius aetatis vocabulis  
portentosum quid et quasi libidinosum licet conspiceri.  
Neque ab hoc aevo absonum est poetarum verba ad-  
miscere sermoni pedestri, quamquam iam antea huius

\*) Cf. Pearson. praefat. ad Moerid. p. XXI sqq..

\*\*) Multa de substantivis in *οτης* desinentibus docuit Lobeck. ad Phrynich. p. 350.

\*\*\*) C. 22: ῥιναυλοῦσι τὰ αἰσγρά. Clemens, Tatianum imitatus, spreta ista novata voce scripsit: διὰ ῥινῶν ἐπιψοφοῦντες.

\*\*\*\*) Exstat c. 9. Occurrit haec vox praeter h. l. apud Epiphan. adv. haeres. p. 460. ed. Petav.; σχηματογραφία autem astrologis vox est propria de figuratione siderum, ut probat C. B. Hase ad Leon. Diac. Hstor. VIII. c. 8. p. 478 sq..



consuetudinis exstant vestigia. In Tatiano conferas: ἀερόφοιτος, ἀθύρειν, ἀμειροεπής, διαπρύσιος, μαρμαρύν-  
 τειν, ὀμήγυρις, σύμφυρτος, τεθηπέναι, τερπωλή. Alia,  
 quae de eius dictione in medium proferri poterant,  
 omnino omnibus qui sequiori graeci sermonis aevo  
 scripsere sunt communia. Monere tamen volumus sub-  
 stantivum neutrale supra modum ab eo frequentatum  
 esse: τὸ ἀδύνατον c. 20, τὸ ἀθάνατον cc. 7. 14. 15,  
 τὸ αἷτιον c. 12, τὸ ἀλαξονικόν c. 3, τὸ ἀληθές c. 5, τὸ  
 ἀμειροεπές c. 27, τὸ ἀναρχον c. 5, τὸ ἀνεπιτήδευτον  
 c. 29, τὸ ἀόρατον c. 4, τὸ ἄτονον c. 32, τὸ ἄτυφον  
 c. 29, τὸ ἀντεξούσιον cc. 1. 7. 11. 15, τὸ διαπεπηγός  
 c. 20, τὸ ἔκφυρον c. 20, τὸ ἐξαισίον c. 29, τὸ ἐρῶμέ-  
 ρον c. 32, τὸ εὐδαιμον c. 2, τὸ εὐκατάληπτον c. 29, τὸ  
 λυπηρόν c. 14, τὸ μοναρχικόν c. 29, τὸ νωθές c. 32,  
 τὸ προγνωστικόν c. 29, τὸ πρωτόγονον c. 7, τὸ ψυχρόν  
 c. 20.

## VI. Argumentum Orationis \*).

Tatianus in exordio Orationis suae, paullo post  
 Iustini Martyris mortem in urbe Roma compositae, Grae-  
 cos exagitat quod de praeclaris artibus et disciplinis  
 tantopere gloriantur: quum tamen eas non invenerint sed  
 a barbaris mutuati sint, atque adeo iis perverse abutantur.  
 Institutam enim esse rhetoricam ad iniustitiam, poeti-

\*) Analysin etiam dederunt Nic. LE NOURRY l. c. p. 521 sqq. (coll.  
 Worthi edit. Tat. p. 161 seqq.), PRUD. MARAN l. c. p. 241 sq. (unde  
 Lumper Histor. theol. - crit. de vita, scriptis atque doctrina SS. Patrum  
 etc. P. II, Aug. Vind. 1784, p. 339 sqq. et Permaneder Biblioth.  
 patrist. Tom. II, Landish. 1842, p. 166 sqq. repetierunt), Remy CEILLIER  
 Histoire générale des auteurs sacrés et ecclés. Tom. II, Par. 1730. 4<sup>o</sup>, p.  
 126 sqq., HERM. AD. DANIEL l. c. p. 62 sqq., I. A. MÖHLER l. c. p.  
 257 sqq..



cam ad morum corruptelam (c. 1); ipsos etiam philosophorum principes suis quemque erroribus et vitiis insignes esse (cc. 2. 3). Immerito igitur Christianos odio haberi, quod eiusmodi instituta spernant, quippe verum deum cognoscentes et colentes (c. 4).

Iam in priori parte dogmata christianae religionis interiora apertius exponit, ut praestantiam eius demonstret: itaque pluribus edisserit quid de deo et logo, quid de mundi creatione et corporum resurrectione, quid de hominis lapsu et de lapsus reparandi modo Christiani doceant. Tandem comparat haec instituta cum institutis gentilibus.

Deus primum quidem solus fuit, ita tamen, ut ab aeterno inde λογικὴν δὴναμιν secum haberet: ex qua postea λόγος prodiit ut mundum crearet (c. 5). — Haec autem de creatione doctrina confirmat fidem resurrectionis aliquando, post finem mundi, futurae iudicii causa. Ridetur haec doctrina; sed parvi pendunt Christiani, qui, quemadmodum creati sunt quum antea non essent, sic quamvis moriantur revicturos se aliquando confidunt, deo particulas corporum ex elementis colligente (c. 6). — Ut vero studia immortalitatis consequendae commoveantur, disserit scriptor quomodo homo et lapsus sit et ruinas possit sarcire. Ratiocinatio fere haec est. Logos coelestis creavit hominem, ita quidem, ut divini spiritus particeps ideoque immortalis esset; ante eum creavit angelos. Utrique libero arbitrio ornati sunt, ut pro meritis possent remunerari. Postquam autem homo primogenitum angelum secutus a lege divina discessit, mortalis factus est deserente eum spiritu divino. Primogenitus autem



ille angelus effectus est daemon; eiusque sectatores evaserunt daemones (c. 7). His peccati occasio homines fuerunt. Hominibus enim positiones siderum monstrarunt et sic fatum introduxerunt, cuius ipsi moderatores sub deorum nominibus feruntur (cc. 8. 9); deorum transformationes et hominum animaliumque improborum inter sidera consecrationes induxerunt (c. 10). Absurda est ista de fato sententia. Minime fato homines peccarunt sed libere: ab ipsis productum est malum, non a deo; qui vero produxerunt repudiare possunt (c. 11). Quomodo autem id assequantur sic exponit. Duo sunt spirituum genera: anima et spiritus divinus (c. 12). Nequit anima immortalis fieri nisi spiritui coniungatur. Per se enim immortalis non est, sed post mortem simul cum corpore perit et cum eodem resurgit in fine mundi, ita quidem, ut pia anima deinceps beate vivat et impia aeterno cruciatui tradatur. Itaque si degat solitaria, deorsum ad materiam vergit, una cum corpore moriens; cum spiritu autem copulata non caret auxilio, verum eo adscendit quo deducitur ab illo (c. 13). Multo satius est spiritum ducem sequi quam daemones, qui, etsi nunc non moriuntur ut homines, tempore tamen iudicii pari supplicio afficientur atque ipsorum sectatores (c. 14). Danda ergo opera ut animam cum spiritu coniungamus. Nequaquam, ut daemones, spe veniae caremus; sed victi rursus vincere possumus (c. 15). Si vero vincere volumus, cavendum est ne nobis illudant daemones, dum potentiam suam ostentant: vel mali aliquid infligendo, quod quidem potestate spiritus coelestis repellamus (c. 16), vel sanitatem per occultas



dissensiones et per mortuorum reliquias promittendo (c. 17), vel rebus permissis alias vetitas adiungendo; non enim sanant sed hominibus illudunt (c. 18). Pravae cupiditates, quae in ipsis philosophis dominantur, fidem conciliant opinatis daemonum curationibus et praedictionibus (c. 19). Etiam si materiâ adhibitâ curemur, gratiae eapropter deo agenda sunt, ac danda opera ut spretâ materiâ illas spiritûs alas recuperemus, quibus amissis angeli e coelo detrusi et homines e paradiso eiecti sunt (c. 20).

Comparat scriptor cum institutis christianis nugas Gentilium. Ac Christianos, dum deum dicunt in forma hominis natum, minime desipere declarat, sed ipsos Graecos, dum eiusmodi deos colunt qui aut mortales sunt et improbi, aut, si ad physiologiam trahantur, ad nihilum decidunt (c. 21). Tum argute exagitat mimos (c. 22), athletas, gladiatores (c. 23), alia spectacula (c. 24). Neque sales eius effugiunt philosophi, quorum habitum, iactantiam, dissensiones acutis naribus suspendit. Quaerit cur discordes concordibus Christianis ac multo praestantiora docentibus bellum indicant, et cur Thyestae coenae Christianis affingantur, quum eiusmodi facinora deorum exemplis comprobata sint (c. 25). Ridet etiam inanem Graecorum in quaestionibus inutilibus laborem et absurda grammaticae studia (c. 26). Quo tenaciores eiusmodi institutionum Graeci, eo magis vituperandi, dum multo praestantiora crimini vertunt Christianis. His vero mors frustra intentatur, ut suam religionem mentiantur aut nugas Graecorum probent (c. 27). Ne ipsae quidem Graecorum leges probandae, quae mirum in



modum variae sunt, quum eadem deberent ubique esse (c. 28). Addit se, quum haec perspexisset ac forte in sacros Christianorum (V. T.) libros incidisset, omnibus veritatis notis quibus hi libri signati sunt captum christianae religioni nomen dedisse (c. 29), quae sit thesaurus plane inaestimabilis (c. 30).

Tum in altera parte demonstrat antiquitatem religionis christianae; philosophiam enim Christianorum longe antiquiorem esse Graecorum institutis. Id autem Homeri et Mosis, qui magno plane consensu antiquissimi omnium scriptorum habebantur, instituta comparatione probat.

De Homeri, inquit, aetate variae sunt opiniones; argumento est haec dissensio historias Graecorum recto talo non stare (c. 31). Apud Christianos vero ut nullum gloriae aucupium ita nulla dissensio: ab eorum doctrina nulla aetas aut conditio excluditur (c. 32). Gentiles rident mulierculas et virgines christianae disciplinae addictas; sed prorsus immerito, quum ipsi meretricium discipuli sint et meretricibus (c. 33) improbisque hominibus statuas posuerint (c. 34). Et ne quis haec falsa esse obliciat, ipse has omnes statuas Romae suismet oculis se vidisse testatur (c. 35). Redit ad Mosen et Homerum, atque illum longe antiquiorem esse ostendit ex scriptoribus chaldaeis (c. 36) et phoenicibus, qui de Mose loquuntur (c. 37), et ex aegyptiis, qui eum tempore Inachi vixisse testantur (c. 38), hoc est annis ante bellum troianum quadringentis, ut patet ex serie regum Argivorum (c. 39). Ergo credendum est potius Mosi quam Graecis (c. 40). Immo scriptores Homero vetustiores superat Moses,





atque iis qui sapientes existimati sunt multo est antiquior (c. 41).

In conclusione (c. 42) declarat se in Assyria natum, primum institutis Graecorum imbutum, deinde rem christianam professum esse, cui se ita dicit adhaerescere ut eam abnegare nefas esse iudicet.




**TATIANI ASSYRII**  
**ORATIO AD GRAECOS.**

---


**APPENDIX: TATIANI FRAGMENTA.**

---



Corp. Apoll. Vol. VI.





ΤΑΤΙΑΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ.

1. Μὴ <sup>2</sup>πάνυ φιλέθρως διατίθεσθε πρὸς τοὺς βαρβάρους, ὡς P. ἄνδρες Ἕλληνες, μηδὲ φθονήσητε τοῖς τούτων δόγμασι. <sup>3</sup>Ποῖον <sup>141</sup>§.1

1. TATIANOS PROS EL-  
ΛΗΝΑΣ] Haec est inscriptio in an-  
tiquissimo Parisino primo. Caeteri  
codices inferiori aetate scripti (Aet.,  
Par. 2, Fris.) addunt: ὅτι οὐδὲν  
τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνες  
καλλωπίζονται ἑλληνικόν, ἀλλὰ ἐκ  
βαρβάρων τὴν εὐρησιν ἐσχηκός.  
Quod nullum ex institutis quibus  
Graeci gloriantur graecum est, sed  
a barbaris inventum. Vid. Prole-  
gomena. Eadem verba editores quo-  
que titulo adiunxerunt; solus Mara-  
nus expunxit: „non enim argumen-  
tum huius Orationis comprehendunt,  
ac instar scholii habentur [ad marg.  
exordii] in Regio [= Parisino]  
primo.“ Cum praestantissimo hoc  
codice Clemens Alex. Strom. I. c.  
21. §. 101 et Eusebius Hist. eccl.  
IV. c. 16 (coll. IV. c. 29) consen-  
tiunt. Ab Origene c. Cels. I. c. 16  
ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος laudatur. —  
Hieronymus in Catalogo scriptt. eccl.  
c. 29 reddidit „contra Gentes.“  
Itidem, ut duos tantum nostrae aeta-  
tis viros afferam, Baumgarten-Cru-  
sius (Lehrb. d. chr. Dogmengesch.  
P. I. p. 148) et Neander (Allg.  
Gesch. d. chr. Rel. u. Kirche ed.  
2. P. II. p. 1160): „Rede an die  
Heiden.“ Voce quidem Ἑλλη-

νων, latiori sensu (non de regione  
sed de religione) usurpata, alieni a ve-  
ro unius dei cultu sive Gentiles de-  
signantur (cf. Suicer. s. v. Ἕλλην):  
quos omnes Oratio Tatiani respicit.  
Ita Hellenes Christianis opponuntur,  
humana sapientia divinae. C. 29:  
Sacri Christianorum libri θειότε-  
ροι ὡς πρὸς τὴν Ἑλλήνων πλά-  
νην. Cf. Daniel Tatianus d. Apo-  
loget p. 59. Equidem malui „ad  
(Maran. „adversus“) Graecos“  
transferre, quum barbari aperte  
opponantur. Βάρβαροι enim, ut  
ad Iustini Apol. I. c. 5. n. 10 iam ob-  
servavi, vocantur qui non sunt na-  
tione Graeci (c. 21), ne Romanis  
quidem exceptis; qui quum grae-  
cas literas recepissent, de barba-  
rorum (incultorum) numero se ex-  
emerunt. C. 30: Πρὸς δὲ ὑμᾶς  
τοὺς Ἕλληνας... μηδὲ εἰ βάρβα-  
ροι (exteri) λέγοντο etc.. Simili-  
ter c. 1- βαρβαρικά φωναί memo-  
rantur. C. 28: ὑπὸ βαρβάρων...  
ὑπὸ Ῥωμαίων. Cf. Gibbon Gesch.  
d. Verf. u. Unterg. d. röm. Reichs,  
übers. von Schreiter, P. XIV. p.  
405 sq. et Pauly Real-Encyclopae-  
die d. class. Alterthumswiss. Tom.  
I. (Stuttg. 1839) p. 1059 sq.. Ita-  
que sub illo nomine intelliguntur



## TATIANI ORATIO AD GRAECOS.

1. Ne infensum omnino animum gerite in barbaros, Graeci, neve invidete eorum placitis. Quod enim apud vos insti-

omnes populi orientales, ut Telmisenses, Cares, Phryges, Isauri, Cyprii, Babylonii, Persae, Aegyptii, Phoenices. C. 1: Ποῖον γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ὑμῖν τὴν σύστασιν οὐκ ἀπὸ βαρβάρων ἐκτήσατο; Τελμισίων μὲν γὰρ etc.. Cf. Suicer. s. v. Βάρβαρος. Tum eo imprimis comprehenduntur Hebraei et, qui ex iis prodierunt, Christiani. C. 35: Τατιανὸς... καινοτομεῖ τὰ βαρβάρων δόγματα. C. 42: Ταῦτα ὑμῖν... ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν Τατιανὸς συνέταξα. Sic Noster Iudaeorum et Christianorum doctrinam hoc nomine barbaram dicit. C. 35: Διόπερ χαιρεῖν εἰπὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλυνχία καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογία... τῆς καθ' ἡμᾶς βαρβάρου φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην. Mosen c. 31 πάσης βαρβάρου σοφίας principem appellat. C. 12: μὴ ἀναξιοπαθήσητε παρὰ τοῖς βαρβαρικῇ νομοθεσίᾳ παρακολουθοῦσι παιδεύεσθαι. Cf. Keil Opuscc. acad. ed. Goldhorn (Lips. 1821) p. 451. Item τὰς βαρβαρικὰς γραφὰς c. 29 nominal libros Veteris Testamenti: ex quibus βάρβαρον σοφίαν, h. e. τὴν ἡμετέραν (christianam) φιλοσοφίαν (c. 31), re-

pudialis religionibus se didicisse fateatur. Cf. Harles in Fabricii Biblioth. gr. Vol. VII. p. 88 sq.. Etiam Iustinus βαρβάρους (Iudaeos) opponit Ἑλλησιν, id quod Epist. ad Diogn. c. 5. n. 5 animadverti. Pariter Clemens Alex. Strom. II. c. 2. §. 5: Ἡ μὲν οὖν βάρβαρος φιλοσοφία, ἣν μετέπομεν („d. i. dio aus dem Judenthume hervorgegangene christliche Lehre: ἡ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφία, wie er auf der folgenden Seite substituirt“), τελεῖα τῶ ὄντι καὶ ἀληθής. Cf. Redepenning Origenes P. I (Bonn. 1841) p. 149, coll. p. 95; idem alios locos p. 141 protulit. De alio vocabuli βάρβαρος usu c. 26. n. 17 addeas.

2. πάνυ] Par. 2 πάντως. —

Mox idem δόγμασιν pro δόγμασι.

3. Ποῖον γὰρ... Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν] Haec Clemens Alex. l. c. I. c. 16. §. 71—76 (coll. Euseb. Praepar. ev. X. c. 6) imitatus est. Incipit: Οὐ μόνης δὲ φιλοσοφίας, ἀλλὰ καὶ πάσης σχεδὸν τέχνης εὐρεταὶ βάρβαροι. Simili modo Theodoretus De cur. Gr. affect. lib. I non procul ab initio et Gregorius Naz. in Orat. 3 disputarunt. Cf. Redepenning l. c. p. 141. n. 4. — Kortholt: „Diogenes Laertius in



γὰρ ἐπιτήδευμά παρ' ἑμῖν τὴν σύστασιν οὐκ ἀπὸ <sup>4</sup> βαρβάρων ἐκτίησάτο; <sup>5</sup> Τελμισέων μὲν γὰρ οἱ δοκιμώτατοι τὴν δι' ὀνείρων ἔξευρον μαντικὴν, <sup>6</sup> Κᾶρες τὴν διὰ τῶν ἄστρον πρόγνωσιν, <sup>7</sup> πτήσεις ὀρνίθων Φρύγες καὶ Ἰσαύρων οἱ παλαιότατοι, <sup>8</sup> Κύπριοι θυτικὴν, <sup>9</sup> ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι, <sup>10</sup> μαγεύειν Πέρσαι, γεωμετρεῖν Αἰγύπτιοι, τὴν διὰ γραμμάτων παιδείαν Φοίνικες. Ὅθεν παύσασθε τὰς μιμήσεις εὐρέσεις ἀποκαλοῦντες. <sup>11</sup> Ποίησιν μὲν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ἄδειν Ὀρφεὺς ὑμᾶς ἐδίδαξεν, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ μυεῖσθαι. <sup>12</sup> Τουσζανοὶ πλάττειν, ἱστορίας συντάττειν αἱ παρ' Αἰγυπτίοις τῶν χρόνων ἀναγραφαί. Μαρσύου δὲ καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐλητικὴν ἀπηνέγκασθε. <sup>13</sup> Φρύγες δὲ οἱ ἀμφοτέρω τὴν <sup>142</sup> <sub>2</sub> διὰ σύριγγος ἀρμονίαν ἄγροικοὶ συνεστήσαντο. <sup>14</sup> Τυρέηνοὶ σάλ-

prooemio, quod libris suis de vitis illustrium philosophorum praemisit, omnem movet lapidem ut philosophiam non a barbaris, sed Graecis, initium habuisse demonstrat. Immo Epicurus apud Clementem l. c. c. 15. §. 67 contendit μόνους φιλοσοφῆσαι Ἕλληνας δύνασθαι.

4. βαρβάρων] Par. 2 τῶν βαρβάρων.

5. Τελμισέων . . . μαντικὴν] Clemens: Τελμισεῖς τὴν δι' ὀνείρων μαντικὴν, scil. ἔξεπόνθησαν. Cf. Pauly l. c. Tom. II (1842) p. 1121 et Tom. VI (1851) p. 1663. — Pro Τελμισέων, quod ex Par. 1. 2 reposui, caeteri codices mslī (Aet., Fris.) et editi Τελμισσέων praebent. Ultraque forma Graeci utebantur; cf. Aristophan. Fragmm. ed. Bergk (Berol. 1840) p. 270 sqq..

6. Κᾶρες . . . πρόγνωσιν] In Par. 2 post Κᾶρες (sic) articulus τὴν excidit. — Clemens: Εἰσὶν δὲ οἱ Κᾶρες τὴν δι' ἀστέρων πρόγνωσιν ἐπινοηθέναι λέγουσιν. Cf. Pauly l. c. Tom. II. p. 1137.

7. πτήσεις . . . παλαιότατοι] Clemens: Πτήσεις δὲ ὀρνίθων παρεφνύξαντο πρῶτοι Φρύγες. . . Ἰσαυροὶ δὲ καὶ Ἀραβες ἔξεπόνθησαν τὴν οἰωνιστικὴν. Cf. Pauly l. c. . .

8. Κύπριοι θυτικὴν] Par. 2 πυθικὴν in textu et veram lectionem θυτικὴν in marg. habet. Cyprii, ut Pausanias refert, suum exta inspicere et ex iis vaticinari primi omnium coeperunt. Colebant, teste Athenaeo, Ἴουον Ἐλλαπιναστὴν τε καὶ Σπλαγχνοτόμον. Cf. Io. Meursi Cyprus (Amstel. 1675. 4<sup>o</sup>) p. 156 sq. — Maranus: „Illam θυτικὴν videtur Gregorius [vid. n. 3] non haruspicinam sed viclimarum immolationem intelligere. [Cf. Stephan. Thes. gr. ling. ed. Hase, Vol. IV. p. 468.] Ait enim: Τὸ θύειν δὲ οὐ παρὰ Χαλδαίων εἶτ' οὐν Κυπρίων; Sed leve est hoc discrimen; sive enim sacrificia in quibus exta inspicuntur, sive ipsa inspiciendorum ars extorum tribuatur Cypriis, perinde est. At illud mirum est quod Gregorius Chaldaeos hic obtrudat; iis



tutum non a barbaris originem accepit? Nam Telmisensium spectatissimi artem invenerunt per somnia divinandi, Cares praesagium per astra, auspicia Phryges et Isaurorum antiquissimi, Cyprii haruspicinam, astronomiam Babylonii, magiam Persae, geometriam Aegyptii, disciplinam per literas Phoenices. Quapropter desinite inventa dicere quae imitatione expressa sunt. Nam poesim colere et cantare Orpheus vos docuit, idem etiam initiari; Tuscani plasticen, historias conscribere commentarii temporum apud Aegyptios. Marsyae autem et Olympi tibiaram modulationem adscivistis: ambo Phryges, homines agrestes, fistulae concentum invenerunt. Tyrrheni tubam, fabricam aerariam Cyclopes,

praecipue astrologia tribuitur. Clemens nec Cyprii nec Chaldaeis inventae haruspicinae dedecus adiudicat, sed, ut alii fere omnes scriptores, Etruscis, qui huius disciplinae Tagetem monstratorem ferebantur habuisse.“ *Καί, inquit, θυτικήν ἠκρίβωσαν Τοῦσκοι, Ἰταλίας γείτονες.* Cf. Pauly I. c. p. 1157.

9. ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι] Deest in Par. 1. 2 et Ael. illud ἀστρονομεῖν, pro quo Par. 2 in marg. καὶ offert. Clemens Alex. Protrept. c. 6. §. 70: ἀστρονομίαν παρὰ Βαβυλωνίων, scil. μανθάνεις. Cf. Pauly I. c. Tom. I. p. 1035.

10. μαγείην Πέρσαι] Cf. Pauly I. c. Tom. IV (1816) p. 1395. — Clemens loc. n. 3 laud. (coll. Protr. I. c.) de Aegyptiis: γεωμετρίας τε αὐτὴ εὐρεταὶ γεγόνασιν. Idem de Phoenicibus: Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσιν.

11. Ποίησιν... μνεῖσθαι] Cf. Pauly I. c. Tom. V (1818) p. 992. 994.

12. Τουσκανοὶ πλάττειν] Cle-

mens: "Ἐτι φασὶ Τουσκανοῦς τὴν πλαστικὴν ἐπινοῆσαι. Cf. Heini-chen ad Euseb. Praep. ev. X. c. 6. n. 2. — Annales Aegyptiorum etiam infra c. 38 memorantur; item in Clementis Epist. I ad Cor. c. 25, qui, post narratam de Phoenice fabulam, dicit: Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων καὶ εὐρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἠηλυθέναι. Cf. Pauly I. c. p. 1556 sq..

13. Φρύγες δὲ οἱ ἀμφοτέροι] Frustra Gesnerus et Worthus ad maiorem et minorem Phrygiam confugiunt, ut Talianum explicent. Loquitur de Marsya et Olympo, ambobus Phrygibus et agrestibus. *Ματάνης.* — Clemens: Φρύγες (sc. ἐπενόησαν) αὐλόν· Φρύγες γὰρ ἦσθη Ὀλυμπός τε καὶ Μαρσύας. Cf. Pauly I. c. Tom. IV. p. 1598 et V. p. 928.

14. Τυρῶηνοι σάλπιγγα] Clemens: Τυρῶηνοι σάλπιγγα ἐπενόησαν. Vocabant eam λιγῶν. Cf. Pauly I. c. Tom. VI. p. 609 sq..



πιγγα, χαλκεύειν Κύκλωπες, <sup>16</sup> καὶ ἐπιστολὰς συντάττειν· ἢ Περσῶν ποτε ἠγησαμένη γυνή, καθάπερ φησὶν Ἑλλάνικος· Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν. Καταβάλλετε τοιγαροῦν τοῦτον τὸν τύπον, μὴδὲ προβάλλεσθε ῥημάτων εὐπρέπειαν, οὔτινες, ὑφ' <sup>16</sup> ὑμῶν αὐτῶν ἐπαινούμενοι, συνηγόρους τοὺς οἴκοι κέκτησθε. Χρῆ δὲ τὸν νοῦν ἔχοντα τὴν ἀφ' ἑτέρων περιμένειν μαρτυρίαν, <sup>17</sup> συνάδειν τε καὶ ἐν τῇ τοῦ λόγου προφορᾷ. Νῦν δὲ μόνοις ὑμῶν Β ἀποβέβηκε μὴδὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις ὁμοφωνεῖν· Δωριέων μὲν γὰρ οὐχ, <sup>18</sup> ἢ αὐτῇ λέξις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, Αἰολεῖς τε οὐχ ὁμοίως τοῖς Ἰωσι φθέγγονται. Στάσεως δὲ οὔσης <sup>19</sup> τοσαύτης παρ' οἷς οὐκ ἔχρην, ἀπορῶ τίνα με δεῖ καλεῖν Ἑλληνα. Καὶ γὰρ τὸ <sup>20</sup> πάντων ἀτοπώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς ὑμῶν ἐρμηνείας τιμῆκατε, βαρβαρικαῖς τε φωναῖς ἔσθ' ὅτε καταχρώμενοι <sup>21</sup> συμφύρτην ὑμῶν πεποιήκατε τὴν διάλεκτον. Τοῦτου χάριν ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' <sup>22</sup> ὑμῶν σοφίᾳ, κἂν εἰ πάνυ σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Κατὰ γὰρ τὸν κωμικόν

— De Cyclopiibus cf. Tom. II. p. 814 sq..

15. καὶ... ἦν] Codd. insti et editi συντάσσειν habent pro συντάττειν. Passim fluctuant illi in eiusmodi formis (sic paullo antea συντάττειν omnes praebent); quum vero pluribus locis non σσ sed ττ (cc. 4. 5. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 19 etc.) compareat, id constanter recepi. Tum Ἑλλανικός male (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 670) exhibent pro Ἑλλάνικος. — Clemens: Καὶ πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν, τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλάνικος, nempe in Περσικοῖς. Fragmm. histor. gr. ed. Müller (Par. 1841) p. 68. De Atossa cf. Creuzer. ad Herod. Hist. III. 68 (ed. Bähr.). Haec autem non modum epistolarum scribendarum prima docuit, qui quidem multo illa

regina est antiquior, sed (Galland.) tabularum epistolarum compaginandarum artem invenit, quo commodius a tabellariis deportarentur. Cf. Henr. Dodwelli Exercitatt. de aetate Phalaridis et Pythagorae (Lond. 1704) p. VIII.

16. ὑμῶν] Sic Aet., Ducaeus, Maranus; caeteri ἡμῶν. — Mox ad κέκτησθε Fris. in marg. κέχρησθε.

17. συνάδειν τε] Frustra Gesnerus et Worthus addendum putant τοὺς μάρτυρας: ac testes ipsos inter se consentire. Non testium in dicendo testimonio sed loquentium in sermonis pronuntiatione consensum requirit Tatianus. Hunc enim consensum opponit variis pronuntiandi modis inter Graecos videntibus. Quamobrem negat eos iure sermonis elegantiam (ῥημάτων εὐ-



epistolas componere mulier quae Persis olim imperavit, ut ait Hellanicus; Atossa nomen ei erat. Deponite idcirco hunc fastum, neve ostentate verborum elegantiam, qui quidem, dum vos ipsos laudatis, domesticos adhibetis patronos. Oportet autem ut qui sapit aliorum exspectet testimonium, et in ipsa sermonis pronuntiatione cum aliis consentiat. Nunc vero vobis solis contigit ne in colloquiis quidem similes sonos edere; nam Doricorum non eadem dictio est atque Atticorum, neque Aeoles similiter ut Iones loquuntur. Quum autem tantum sit inter eos dissidium inter quos minime oportebat, dubito quem a me oporteat appellari Graecum. Etenim quod omnium absurdissimum est, dictiones vobis non affines in pretio habetis, et barbaris interdum vocibus utentes commixtam efficitis vestram linguam. Quamobrem valediximus vestrae sapientiae, quamvis omnino spectatus aliquis in ea essem. Nam secundum comicum

πρέπειαν) sibi vindicare: primo quidem quia aliorum exspectandum esset testimonium, deinde vero quia eadem pronuntiandi ratio inter Graecos adhibenda esset; aliis enim aliter pronuntiantibus iam statui non posse quinam sint Graeci. *Maranus.*

18. ἦ] Herold. omisit.

19. τσαύτης] Aet. τοιαύτης.

20. πάντων] Sic Par. 1. 2 et Aet.; Fris. πᾶν, idque Gesner. (qui veram lectionem notavit) et Herold. praebent. — Monuit Maranum „vir eruditus D. D. de Monsoury, Abbas Orbacensis, pro τετιμήκατε legendum esse ἡτιμήκατε, spernitis.“ Quam quidem legendi rationem ille necessariam esse non putat, „quia iam satis Tatianus exprobravit Graecis contemptum barbarorum, ut ea res legentium menti haereat, ac Graecos absurdissime facere intelli-

gant, qui non solum inter se variis dialectis discrepant, sed etiam a barbaris quos spernunt vocabula mutuuntur. Illud ergo absurdissimum videtur Tatiano, quod non solum se a suis dirimant Graeci sed etiam cum barbaris coniungant.“ — Clemens Alex. l. c. I. c. 21. §. 142: Φασὶ δὲ οἱ Ἕλληνες διαλέκτους εἶναι τὰς παρὰ σφίσι πέντε, Ἀθηΐδα, Ἰάδα, Δωριδα, Αἰολίδα καὶ πέμπτην τὴν κοινὴν· ἀπεριλήπτους δὲ οὖσας τὰς βαρβάρων φωνὰς μηδὲ διαλέκτους ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι.

21. συμφύρτην] Sic scribo pro vulg. συμφύρδην (Par. 1. 2, Aet. — Duc., Maran.) vel συμφέρδην (sic caeteri editt. ex Fris.).

22. ὑμῖν] Sic Par. 1. 2, Aet., Duc., Maran.; caeteri editt. ex Fris. ἡμῖν. — Mox ἦν, quod omnes codd.





<sup>23</sup> Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα,

Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

<sup>24</sup> Λαρυγγιῶσί τε οἱ ταύτης ἐφιέμενοι, καὶ κοράκων ἀφιένται φωνήν. Ῥητορικὴν μὲν γὰρ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ συνεστήσασθε, μισθοῦ πιπράσκοντες τῶν λόγων ὑμῶν τὸ αὐτεξούσιον

<sup>25</sup> καὶ πολλάκις τὸ νῦν δίκαιον αὐθις οὐκ ἀγαθὸν παριστῶντες. <sup>26</sup> Ποιητικὴν δέ, μάχας ἵνα συντάττητε καὶ θεῶν ἔρωτας <sup>3</sup> καὶ ψυχῆς διαφθοράν.

2. Τί γὰρ <sup>1</sup> σεμνὸν φιλοσοφοῦντες ἐξηνέγκατε; Τίς δὲ τῶν πάνυ σπουδαίων ἀλαξονείας ἔξω καθέστηκεν; <sup>2</sup> Διογένης, πιδάκνης καυχῆματι τὴν αὐτάρκειαν σεμνυνόμενος, πολύποδος ὠμοβορία πάθει συσχεθεὶς ἰλέφ διὰ τὴν ἀκρασίαν ἀποτέθνηκεν. Ἀρίστιππος ἐν πορφυρίδι περιπατῶν <sup>3</sup> ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο.

msti agnoscunt, a Morello et Wortho male omissum est. Videtur hic Tatianus potissimum artem sophisticam respicere seu rhetoricam, quam statim memorat. Cf. c. 35. n. 1.

23. Ταῦτ'... τέχνης] Aristoph. Ran. 92 sq.. Comicus istis verbis, quibus alii quoque scriptores utuntur, inanes castigat poetas. Cf. quae Thiersch (1830) et Fritzsche (1845) ad ea observarunt. — Debebat Tatianus scribere Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἔστι καὶ etc.. Particula καὶ in Aet. deest.

24. Λαρυγγιῶσι... φωνήν] Haec verba omnes editores, Gesnero et Heroldo exceptis, ad normam versuum (Λαρ... ἐφιέμενοι, Καὶ... φωνήν) dederunt. Minime vero conveniunt metro. Neque sunt Aristophanis neque alius poetae comici sed ipsius Tatiani, id quod iam Worthus et interpres Campidonensis animadverterunt. — Ταύτης scil. τῆς σοφίας. Pariter Valckenar. in Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol.

V. p. 119 retulit. Pro ἀφιένται (frequentius act. ἀφιέναι φωνήν: Astii Lexic. Plat. Vol. I. p. 324) Par. 1. 2 et Aet. ἐφιένται habent. Infra c. 15 appellantur κορακόφωνοι.

25. καὶ πολλάκις etc.] Videtur alludere ad iustum et iniustum sermonem, cuius doctorem Socratem Aristophanes in Nebulis mentitur. Gesnerus. — Pro παριστῶντες Par. 2 παριστῶντες et in marg. παριστῶντες. Hesychius: παριστῶ ἀποδείκνυμι. Raro (c. 33) illud (pro παρίστημι) invenitur; cf. Steph. l. c. Vol. VI. p. 521.

26. Ποιητικὴν δέ] Par. 1 in marg.: κατὰ κοινοῦ τὸ συνεστήσασθε. Nempe συνεστήσασθε communiter (gemeinschaftlich) et ad ῥητορικὴν et ad ποιητικὴν pertinere. Cf. c. 4. n. 4. c. 8. n. 9. — Pro συντάττητε (cf. n. 15) codd. msti et editi συντάσσητε. Fris. in marg. συντάσσησθε. — Pro διαφθοράν Aet. διαφοράν.

1. σεμνόν] Par. 2 σοφόν.



*Haec sunt reiiculi racemi et loquacitas,  
Hirundinum musaea, corruptores artis.*

Ac dilatato guttore clamitant istam affectantes, et corvorum emittunt vocem. Rhetoricam enim ad iniustitiam et calumniam instituistis, mercede vendentes sermonum vestrorum libertatem et saepe id quod nunc iustum alias haud bonum repraesentantes. Poeticam vero, pugnas ut describeretis et deorum amores et animae corruptelam.

2. Quid enim praeclari philosophando protulistis? Quis ex iis qui praestantissimi fuerunt experts arrogantiae fuit? Diogenes, qui dolii ostentatione de continentia gloriabatur, quum polypum crudum vorasset, morbo correptus intestinorum propter intemperantiam periit. Aristippus, qui veste

2. Διογένης] Morell. Διογένους. Mox Gesner. et Herold. τὸν pro τήν. Par. 2 ὠμορῖα pro ὠμοβορῖα, quod vero in marg. praebet. Galland. συσχεθεῖς pro συσχεθείς. Sic c. 3: ὕδρωπι συσχεθείς. Tu λέω̄ scripseris pro ἰλέω̄. ἰλεος autem sive, id quod rectius se habere videtur, ἰλεός (alii ἐλλεός dicunt) est morbus intestinorum: de quo plura videsis in Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. III. p. 237. — Worthus: „De Diogenis Cynici morte variae feruntur sententiae. Hieronymus c. Iovin. II. c. 9 febre perisse eum scribit. Ipsius necessarii (quod notat Antisthenes in διαδοχαῖς apud Laertium) dixerunt eum spiritu continendo animam exhalasse. Sunt et qui comestione crudi pedis bovis, βοῦς πόδα φαγόντα, interisse aiunt: Laert. de vitt. philos. VI. c. 2. §. 76. Sed ibi legendum πολύποδα Menagius observat. Et quidem eum ex polypo crudo devorato obiisse praeter Tatianum no-

strum testantur Athenaeus lib. VIII. c. 5 [cum inter ὀψοφάγους recensens] et Iulianus prope initium Orat. VI.“

3. ἀξιοπιστως] I. q. ἀξίως πιστεως, ut persuasioni ipsius convenit. Pariter Daniel Tatianus d. Apolog. p. 69 videtur intellexisse, liberius reddens: „Aristippus in seipsum Purpurkleide wusste seine Schwelgerei in ein philosophisches System zu kleiden.“ Cf. Pauly Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss. Tom. I. p. 761. Worthus putat Tatianum ad hanc historiam respicere. Etenim narrat Laertius l. c. II. c. 8. p. 78 „iussisse aliquando Dionysium in convivio ut singuli in veste purpurea saltarent; renuisse id Platonem dicentem: Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδύναί σκολῆν. Sumta vero Aristippum se induisse, et cum saltare inciperet dixisse: Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Οὐδ' ἦ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται“ (Eurip. Bacch. 314 sq.). — Tertullianus



Πλάτων φιλοσοφῶν ὑπὸ Διονυσίου <sup>4</sup> διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκειτο. Καὶ Ἀριστοτέλης, ἀμαθῶς ὄρον τῆ προνοίᾳ θείῃ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας, λίαν ἀπαιδευτῶς <sup>5</sup> Ἀλέξανδρον μὴ μεμνημένος μειράκιον ἐκολάκευεν· ὅστις ἀριστοτελικῶς πάνυ <sup>6</sup> τὸν ἑαυτοῦ φίλον διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν <sup>113</sup> προσκυνεῖν καθείρξας ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε. Πάνυ γοῦν ἐπέιθετο τοῖς τοῦ διδασκάλου δόγμασι, τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἀρετὴν συμποσίοις ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὸν οἰκεῖον καὶ <sup>7</sup> πάνυ φίλτατον διαπεύρων τῷ δόρατι, καὶ πάλιν κλαίων καὶ <sup>8</sup> ἀποκαρτερῶν προφάσει λύπης, ἵνα ὑπὸ τῶν οἰκείων μὴ μισηθῆ. Γελάσοιμι δ' ἂν καὶ τοὺς μέχρι νῦν τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ <sup>4</sup> καταχρωμένους· οἳ τὰ μετὰ σελήνην ἀπρονοήτα λέγοντες εἶναι, προσγειότεροι παρὰ τὴν σελήνην ὑπάρχοντες καὶ κατώτεροι τοῦ ταύτης δρόμου, προνοοῦσι τῶν ἀπρονοήτων· παρ' οἷς δὲ οὐκ <sup>B</sup> ἔστι κάλλος, οὐ πλοῦτος, οὐ ῥώμη σώματος, οὐκ εὐγένεια, παρὰ τούτοις οὐκ ἔστι <sup>9</sup> παρὰ τὸν Ἀριστοτέλην τὸ εὐδαιμον. Καὶ οἱ <sup>10</sup> τοιοῦτοι φιλοσοφεῖτῶσαν.

Apolog. c. 46 locum sic transtulit: „Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur.“ Inde Gesnerus quoque istud ἀξιοπίστως reddidit: *utcumque graviter composito vultu*. Sed valde dubitat Maranus an Tatianeam mentem assecutus sit. Aristippus enim „non gravitatem inter voluptates sed iocum potius et lusum adhibebat, ut ex multis eius dictionibus apud antiquos memoratis perspicitur.“ Existimat igitur Tatianum ad dictum Aristippi respicere quod Lactantius Instit. div. III c. 14 refert: „Illud inter me (aiebat Aristippus) et nepotes interest, quod isti percaro, ego gratis voluptates consequar.“ Unde editor ille censet ἀξιοπίστως idem valere apud nostrum scriptorem ac *gratis* apud Lactantium. „Locatur ergo in Ari-

stippum Tatianus, eumque libidines gratuito satiasset indicat, cum illum ἀξιοπίστως luxuriatum, id est pretii statim solvendi lege, veluti bonum aliquod nomen, immunem fuisse dicit.“ Sufficit hanc interpretationem memorasse.

4. διὰ γαστριμαργίαν] Herold. διὰ praetermisit. — Mendacium γαστριμαργίας Platonis adversarii protulerunt: repetiit Tatianus deceptus. Vestigiis eius Tertullianus quoque l. c.: „Plato Dionysio ventris gratia venditatur.“ Maranus: „Platonis famae nocuerunt sicalae dapes. Carpit etiam Gregorius Naz. Orat. III sicalam illius voracitatem, ob quam ipse venditur ac ne ab ullo quidem discipulorum, immo nec ab homine graeco redimitur.“ Cf. Ast Platon's Le-



indutus purpurea incedebat, persuasioni convenienter luxuriabatur. Plato philosophus a Dionysio propter heluationem venditus est. Atque Aristoteles, qui inscite terminum providentiae posuit et felicitatem iis rebus quibus delectabatur circumscriptis, nimis contra magistri officium Alexandro adulabatur oblitus adolescentulum eum esse; qui quidem prorsus aristotelice amicum suum, quod nollet ipsum adorare, inclusum instar ursi aut pardi circumferebat. Prorsus certe parebat magistri decretis, fortitudinem et virtutem in conviviis demonstrans, atque familiarem et valde carum hastili transfigens, ac postea plorans seque inedia macerans per simulationem doloris, ne odium familiare sibi concitaret. Rideo equidem istius etiam nunc decretorum sectatores: qui, quum sublunaria negent providentiâ regi, viciniore terrae quam luna huiusque orbe inferiores, rebus a providentia desertis provident; quibus autem non adest pulchritudo, non divitiae, non robur corporis, non nobilitas, ab iis abest secundum Aristotelem felicitas. Ac tales homines philosophentur.

ben u. Schriften (Lips. 1816) p. 26 sqq.:

5. Ἀλέξανδρον μὴ μεμν.] Edili quemadmodum Par. 1. 2 et Fris. τε pro μὴ inepte habent. Act. Ἀλέξανδρόν τε, omissis μεμνημένος. Par. 2 in marg. Ἀλεξάνδρω τετιμημένος. Verba λίαν ἀπαιδεύτως vulgo ad περιγράψας referuntur. Illud vero μὴ, quod pro vulg. τε dedi, firmat Tertullianus qui Nostrum libere imitatus l. c. dicit: „Aristoteles... turpiter [λίαν ἀπαιδεύτως: ut minime decet magistrum] Alexandro regendo potius [μὴ μεμν. μειράκιον] adulatur.“ — Cotelierius Monum. eccl. gr. Tom. III. p. 657 censet legendum τε μεμνημένον μειρ., h. e. furioso ado-

lescenti assentabatur, Maranus τε μὴ μεμνημένος μειρ., adolescentem esse oblitus.

6. τὸν ἑαυτοῦ φίλον] Callisthenem Olynthium.

7. πάνυ φίλτατον] Clitum.

8. ἀποκαρτερῶν] Act. ἀποκαρτερῶν.

9. παρὰ] Sic omnes codd. mss. Praepositio saepe ista ratione (= in Uebereinstimmung, gemäß) cum casu quarto struitur; cf. Pape Handwörterb. d. gr. Spr. Tom. II. p. 444. n. 4 et Weber ad Demosth. Or. in Aristocr. p. 521 sq. Gesnerus vero coniecit κατὰ, idque Morell., Duc., Worth. textui temere inscruerunt.

10. τριοῦτοι] Par. 2 in marg.



3. Τὸν <sup>1</sup> γὰρ Ἡράκλειτον, οὐκ ἂν ἀποδεξαίμην, ἑμαυτὸν ἐδι-  
 ξησάμην εἰπόντα, διὰ τὸ αὐτοδίδακτον εἶναι καὶ ὑπερήφανον.  
 Οὐτ' ἂν ἐπαινέσαιμι κατακρύψαντα <sup>2</sup> τὴν ποιήσιν ἐν τῷ τῆς Ἀρ-  
 τέμιδος ναῶ, μυστηριωδῶς ὅπως ὑστερον ἢ ταύτης <sup>3</sup> ἔκδοσις γέ-  
 νηται· καὶ γὰρ οἷς μέλον ἐστὶ περὶ τούτων φασὶν Εὐριπίδην  
 τὸν τραγωδοποιόν, κατιόντα καὶ ἀναγινώσκοντα, διὰ μνήμης κατ' C  
 ὀλίγον τὸ <sup>4</sup> Ἡρακλείτου σκότος σπουδαίως παραδεδωκέναι. Τούτου  
 μὲν οὖν τὴν ἀμαθίαν ὁ θάνατος <sup>5</sup> διήλεξεν· ὕδρωπι γὰρ συσχε-  
 θείς, <sup>6</sup> καὶ τὴν λατρικὴν ὡς φιλοσοφίαν ἐπιτηδεύσας, βολβίτοις  
 τε περιπλάσας ἑαυτὸν, τῆς κόπρου κρατυνθείσης, συνολκᾶς τε  
 τοῦ παντός ἀπεργασαμένης σώματος, σπασθεὶς ἐτελεύτησε. Τὸν <sup>7</sup>  
 γὰρ <sup>8</sup> Ζήνωνα, διὰ τῆς ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι  
 πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, λέγω δὲ Ἄνυτον καὶ <sup>9</sup> Μέ-

μὲν addit. — Φιλοσοφ.: philosophos se esse gloriantur (Worth.).

1. γὰρ] Par. 2 in marg. δέ. — Mox codd. msti et editi ἑμαυτὸν ἐδιδασκᾶμην praebent. Sed probe Maranus observavit ἐδιξήσάμην legendum esse: „tum quia insulsa prorsus esset et Tatiani salibus indigna haec tautologia: *Heraclitum non probarerim, dicentem Ego me ipsum docui, quia a se ipso doctus erat et superbus*; tum quia memorabile est inprimis illud Heracliti dictum, quod refertur a Iuliano Orat. VI: *Ἐδιξήσάμην ἑμαυτόν.*“ Ab aliis quoque refertur, quos Schleiermacher *Museum der Alterthums-Wiss.* Tom. I (Ber. 1808) p. 530 laudavit. Laertius de vitt. philos. IX. c. 1. §. 5: *Ἦκουσέ (Heraclitus) τε οὐδενός, ἀλλ' αὐτὸν ἔφη διξήσασθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ.*

2. τὴν ποιήσιν] Hoc opus *Περὶ φύσεως* (postea *Μοῦσαι*) inscriptum fuit. Quam valde obscu-

rum esset, auctor iam a veteribus scholeis cognominabatur. Tatianus quoque paullo post, ad opus illud respiciens, τὸ Ἡρακλείτου σκότος memorat. Cf. Brandis *Handb. d. Gesch. d. griech. - röm. Philosophie* P. I (Ber. 1835) p. 152 sq. Euripides illud opus Socrati legendum dedit, cuius responsum Laertius retulit l. c. II. c. 5. §. 22. Locum Tatianeum recensuit Schleiermacher l. c. p. 323.

3. ἔκδοσις] Desideratur in Par. 1 et Aet.; sed margini illius adscriptum est prima manu. — Mox Aet. et Par. 2 pro οἷς μ. ἐ. π. τούτων habent οἷς μὲν λ' ἐστὶ περὶ τούτων. Ex quibus emendator in marg. Par. 2 haec fecit: *ἔτεσι τριάκοντα πρὸ τούτων.*

4. Ἡρακλείτου] Par. 1 et Aet. Ἡράκλειτον. Gesner. et Herold. ex Fris. *Ἡρακλείτειον.*

5. διήλεξεν] Aet. *συνήλεξας.*

6. καὶ etc.] Medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasse



3. Heraclitum enim non probaverim, qui, quum esset a seipso doctus et arrogans, dicebat: *Ipse me investigari*. Nec laudaverim quod carmen in templo Dianae occultaverit, ut postea instar mysterii ederetur; etenim quibus ista curae sunt Euripidem tragicum dicunt, quum eo veniret et legeret, memoriae paullatim Heracliti tenebras diligenter tradidisse. Huius sane imperitiam mors redarguit; aqua enim intercute correptus, quum medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasset, seque stercoribus boum circumlevisset, fimo indurato et totum corpus convellente dilaceratus interiit. Tum minime audiendus est Zeno, qui per conflagrationem pronuntiat eosdem rursus homines ad eadem resurgere, id est Anytum et Meletum ad accusandum, Bu-

dicatur Heraclitus, quia ab illis tenebris, quibus philosophiam demerserat, ne hydropicus quidem factus in consulendis medicis discedere voluit. Nam, ut ait Laertius [IX. c. 1. §. 3], τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐπυνθάνετο εἰ δύναιτο ἔξ ἐπομβρίας ἀνχμὸν ποιῆσαι. — Existimavit Worthus verba σπασθεῖς ἐτελεύτησε [interpres Campid.: kam in Zuckungen um] sic interpretanda esse: dilaceratus a canibus interiit. At nequaquam Tatianus dilaceratum a canibus Heraclitum dicit, sed ab illo hovis stercore quod totum corpus convellebat et dilacerabat. Sic etiam apud Tertullianum [ad martyr. c. 4] Heraclitus „se bubulo stercore oblitum exussisse“ dicitur. Idem testatur Hermippus apud Laertium [l. c. §. 4]; nempe Heraclitum, cum pueris iussisset ut se hovis stercore oblinerent, κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ. Fucum fecit erudito Anglo quod ait ibidem [§. 5] Nean-

thes Cyzicenus Heraclitum, μὴ δυνηθέντα αὐτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλιτα, μεῖναι καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα κυνόβρωτον γενέσθαι. Sed hoc Neanthis testimonium pugnat illud quidem cum Hermippo de Heracliti sepultura, nequaquam autem de mortis genere; siquidem uterque Heraclitum hovis stercore oblitum periisse memorat, verum alter postridie sepultum dicit, alter a canibus voratum propterea quod agnitus non fuisset. Maranus.

7. Ζήνωνα] Maran. Ζηνώνα. Mox pro ἀποφαινόμενον Morell. ἀποφαινόμενοι. — Sententia Stoicorum de conflagratione mundi cc. 6 et 25 accuratius exponitur.

8. Μέλιτον] Sic Par. 1. Caeteri codd. mslī pariter atque editi Μέλιτον. Eundem errorem in Iustini Cohort. ad Gent. c. 20. n. 2 correxi. Cf. Stallbaum ad Plat. Euthyphr. p. 2. B. et Kaiser Histor. crit. Trag. graecc. p. 286. — Mox



λητον ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν, Βούσιριν δὲ ἐπὶ τῷ ξυνοκτονεῖν, καὶ Ἡρακλέα πάλιν ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν, παραιτητέον· ὅστις ὅ ἐν τῷ κα- D τὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ πλείονας τοὺς μοχθηροὺς τῶν δικαίων εἰσηγεῖται, Σωκράτους ἑνὸς καὶ Ἡρακλέους, καὶ τινῶν ἄλλων τοιούτων γεγονότων ὀλίγων καὶ οὐ πολλῶν. Οἱ γὰρ κακοὶ 10 πάνυ πλείους εὐρεθήσονται τῶν ἀγαθῶν. 11 Καὶ ὁ θεὸς κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτὸν ποιητής, ἐν ἀμάραις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀβόητουργοῖς καταγινόμενος. Ἐμπεδοκλέους γὰρ τὸ ἀλαζονικὸν αἰ κατὰ τὴν Σικελίαν τοῦ πυρὸς ἀναφυσήσεις ἀπέδειξαν, ὅτι μὴ θεὸς ὢν 12 τοῦτο παρ' ὀλίγον εἶναι κατεψεύδετο. Γελῶ καὶ τὴν Φερεκύδους 13 γρασολογίαν, καὶ τοῦ Πυθαγόρου 14 τὴν περὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν, καὶ τὴν τοῦ Πλάτωνος, καὶ τινες μὴ θέλωσι, τὴν περὶ τούτου μίμησιν. Τίς γὰρ ἂν ἐπι-

ἐπὶ ante τῷ ἀθλεῖν in Aet. omis- sum.

9. ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ] Nullus hic liber Zenonis περὶ τῆς ἐκπύρωσεως aut περὶ τοῦ ὄλου citatur (Worth., Daniel Tatian. d. Apol. p. 241), sed „quod ex illius de conflagratione sententia consequeretur id refellit Tatianus“ (Maran.). — Dein pro Ἡρακλέους Abbas de Monsoury (vid. c. 1. n. 20) existimavit Ἡρακλείτου reponendum esse. Non male. Iustinus Apol. I. c. 46: Καὶ οἱ μετὰ λόγον βιώσαντες Χριστιανοὶ εἰσι... ὅλον ἐν Ἑλλήσι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. — Tum pro τινῶν Daniel l. c. tacite τῶν scripsit. — Quod sequitur ἄλλων in Par. 2 excidit. — Denique pro ὀλίγων, quod Daniel l. c. omisit, Herold. ὀλίγον habet.

10. πάνυ] Hanc particulam, qua Tatianus lubentissime utitur, Mara-

nus ex Par. 1 et Aet. reposuit. Reliqui editores cum Fris. praebant πάλιν. Par. 2 in marg. πολὺ.

11. Καὶ...καταγινόμε.] C. 4: Πνεῦμα ὁ θεός, οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης. Perstringit doctrinam Stoicorum quum de fato tum de ratione disseminata. Cf. quae ad l. c. notavi. Clemens Alex. Protrept. c. 5. §. 66: Οὐδὲ μὴν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς παρελεύσομαι, διὰ πάσης ὕλης καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας, οἱ κατασχύνουσιν ἀτεχνῶς τὴν φιλοσοφίαν.

12. τοῦτο παρ' ὀλίγον] Codd. msti et editi τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν. Quum vero sic sententia claudicet, Maranus levissima mutatione scribendum coniecit τοῦτο παρ' ὀλίγον. „Non enim dicebat Empedocles se deum esse, sed astu consequi voluit ut deus haberetur, ac ea mente in ardentem Aetnam desiluit.



sirin ad hospites necandos, et Herculem ad repetendos certaminum labores; qui quidem in hac conflagrationis ratione plures improbos quam iustos inducit, quum unus tantum Socrates fuerit et unus Hercules, et quidam alii eiusmodi non multi exstiterint sed pauci. Mali enim omnino plures inveniuntur quam boni. Deus quoque deprehendetur malorum secundum illum auctor esse, et in cloacis et vermibus et nefanda patrantibus versari. Empedoclis porro iactantiam ignis in Sicilia eruptiones coarguerunt, quia, quum deus non esset, parum absuit quin se deum esse mentiretur. Rideo etiam Pherecydis aniles garritus, et Pythagorae placiti haereditatem, et Platonis, etiamsi nonnullis secus videatur, eius imitationem. Quis autem caninas Cratetis nu-

Quare nihil propius factum est quam ut evanuisse et in coelum translatus esse crederetur. Sed illud commentum nudaverunt crepidae, quas ignis erumpens reiecit." Cf. S. Karsten *Philosoph. graec. vett. Reliqq.* Vol. II (Amstel. 1838) p. 36. n. 95.

13. *γραρολογίας*] Scriptor hac voce non ad Pherecydis *θεογονίαν* (Gesner., Worth.) respicit, sed, ut etiam Scheffer (*De natura et constitutione philosophiae italicae* ed. Schurzfleisch Vitemb. 1701. p. 12) et Sturz (*Pherecydis Fragm.*, ed. 2. Lips. 1824, p. 14) censuerunt, ad *μετεμψυχώσεως* doctrinam quam ille ad Graecos transtulit. Dicit hanc de animarum migratione sententiam a Pherecyde Pythagoram accepisse et Platonem imitatione expressisse. Addit de Platone nonnullos aliter statuere. „Revera," ut Maranus animadvertit, „sic cla-

boravit Plato in hac illustranda sententia ut illius parens et architectus habitus sit." Idcirco Irenaeus *adv. haeres.* II. c. 33. § 2 de metempsychosi ac de Platone ita ait: „Ad haec Plato, vetus ille Atheniensis, qui et primus sententiam hanc introduxit, quum excusare non posset, oblivionis induxit poculum." Etiam Tertullianus, ad Platonem spectans, de anima c. 23: „Novum," inquit, „elaboravit argumentum, *μαθήσεις ἀναμνήσεις* [*Phaed.* p. 73. B], id est discentias reminiscencias esse." Utrumque locum Maranus protulit. Cf. Clausen *Apologetae eccl. chr. ante-theodos. etc.* (Havn. 1817) p. 179. — Articulum *τὴν* ante *περὶ τούτου* Maranus expunxit. Abest quidem ab Act., sed in caeteris codd. comparet; neque inepte se habet. Sic iungas: *καὶ τὴν τοῦ Πλ. μίμησιν τὴν περὶ τούτου* scil. *τοῦ δόγματος*. Cf. Matthiae *Ausf. griech. Grammat.* (ed. 2) p. 562.





μαρτυρήσαι <sup>14</sup> τῇ Κράτητος κυνογαμία, <sup>15</sup> καὶ οὐ μᾶλλον παραιτη-  
 σάμενος τὴν ἔντυπον τῶν ὁμοίων αὐτῷ γλωττομανίαν ἐπὶ τὸ  
 ζητεῖν τὸ κατ' ἀλήθειαν σπουδαῖον τρέψεται; Διόπερ μὴ παρα-  
 συρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν <sup>16</sup> φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανη-  
 γύρεις, οἵτινες ἐναντία μὲν ἑαυτοῖς δογματίζουσιν· κατὰ δὲ <sup>17</sup> τὸ  
 ἐπελθὸν ἕκαστος ἐκπεφώνηκε. Πολλὰ δὲ καὶ παρ' αὐτοῖς ἔστι **6**  
<sup>18</sup> προσκρούματα· μισεῖ μὲν γὰρ ἕτερος τὸν ἕτερον· ἀντιδοξοῦσιν **B**  
 δὲ ἑαυτοῖς, διὰ τὴν ἀλαζονείαν τόπους ἐπιλεγόμενοι τοὺς προῦ-  
 χοντας. Ἐχρῆν δὲ μήτε <sup>19</sup> βασιλέας προλήματι θεραπεύειν ἢ κο-  
 λακεύειν τοὺς ἡγουμένους, περιμένειν δὲ μέχρις ἂν πρὸς αὐτοὺς  
 οἱ μεγιστᾶνες ἀφίκωνται.

14. τῇ Κρ. κυνογαμία] Eodd. enim vocis forma occurrit: ἡ κυ-  
 msti et editi τῇ Κρ. κοινογαμία. νογαμία (Suid.) et τὰ κυνογάμια.  
 Iam Worthus observavit κυνογαμία Pariter ἡ κοινογαμία et τὰ κοινο-  
 scribendum esse, duplici ratione du- γάμια: Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. IV. p. 1717. Maranus:  
 ctus. 10. Nusquam legimus Cratetem „Gregorius Naz. Orat. XXIII. p. 15  
 Cynicum κοινογαμίαν, communes κοῖνογαμίαν exprobrat Crateti. Sed  
 nuptias, probasse; at Laertio teste Elias Cretensis l. c. in suo codice  
 meretrices nonnunquam convitiis in- κυνογαμίαν legit; hanc enim potis-  
 sectatus est et unam uxorem Hip- simum causam affert. cur. Crates ita  
 parchiam duxit. 20. Crates ipse, id notetur, quod in publica schola  
 quod rem conficit, matrimonium suum cum uxore sua corpus miscuerit.“  
 κυνογαμίαν vocavit, ut Suidas s. v. Ad eundem Cynicum Lactantius re-  
 Κράτης testatur: Γήμας δὲ Ἰππαρ- spicere videtur, Institt. div. III. c.  
 χίαν τὴν Μαρωνεῖτιν κυνογαμίαν 15 dicens: „Nam quid ego de Cyni-  
 τὸν γάμον ἐκάλεσε. Caninae au- cis loquar, quibus in propatulo coire  
 tem nuptiae erant; nam, referente cum coniugibus mos fuit?“  
 Theodoreto Graecc. affectt. curat. p. Ad eundem Cynicum Lactantius re-  
 173, Crates τοῦ πάθους ἐπανα- spicere videtur, Institt. div. III. c.  
 στάντος Ἰππαρχίαν τὴν Μαρω- 15 dicens: „Nam quid ego de Cyni-  
 νεῖτιν δημοσίᾳ ἐγημε καὶ τὰ κυ- cis loquar, quibus in propatulo coire  
 νογάμια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτέλεσεν. cum coniugibus mos fuit?“  
 Iisdem fere verbis Clemens Alex. Ad eundem Cynicum Lactantius re-  
 Strom. IV. c. 19. §. 123: Μέμνη- spicere videtur, Institt. div. III. c.  
 μαι καὶ Κυνικῆς τινος, Ἰππαρχία 15 dicens: „Nam quid ego de Cyni-  
 δὲ ἐκαλεῖτο ἡ Μαρωνίτις, ἡ Κρά- cis loquar, quibus in propatulo coire  
 τητος γυνή, ἐφ' ἣ καὶ τὰ κυνο- cum coniugibus mos fuit?“  
 γάμια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτέλεστο. Editores, ipse Klotzcius, hoc loco  
 κυνογάμια vitiose legunt. Utraque

enim vocis forma occurrit: ἡ κυ-  
 νογαμία (Suid.) et τὰ κυνογάμια.  
 Pariter ἡ κοινογαμία et τὰ κοινο-  
 γάμια: Steph. Thes. gr. ling. ed. Hase Vol. IV. p. 1717. Maranus:  
 „Gregorius Naz. Orat. XXIII. p. 15  
 κοῖνογαμίαν exprobrat Crateti. Sed  
 Elias Cretensis l. c. in suo codice  
 κυνογαμίαν legit; hanc enim potis-  
 simum causam affert. cur. Crates ita  
 notetur, quod in publica schola  
 cum uxore sua corpus miscuerit.“  
 Ad eundem Cynicum Lactantius re-  
 spicere videtur, Institt. div. III. c.  
 15 dicens: „Nam quid ego de Cyni-  
 cis loquar, quibus in propatulo coire  
 cum coniugibus mos fuit?“

15. καὶ οὐ μᾶλλον] Aet. et  
 Par. 2 καὶ μᾶλλον. — Mox Aet. et  
 Fris. τῶν ὁμοίων αὐτῶν αὐτῷ.  
 Inde Gesner. (errorem notans) et  
 Herold. τῶν ὁμοίων (αὐτῶν) αὐ-  
 τῷ. — Postea vulgo γλωσσομα-  
 νίαν. Cf. c. 1. n. 15. C. 12 omnes  
 codd. non γλώσσης sed γλώττης ha-  
 bent. — Tum pro ἐπὶ τὸ ζητεῖν  
 τὸ (Par. 1) habet Par. 2 ἐπιζητεῖν  
 ἐπὶ τῷ. In marg. ἐπιζητεῖν τὸ.  
 Aet. ἐπιζητεῖν ἐπὶ τὸ. Fris. ἐπὶ



ptias testimonio suo probaverit, ac non potius, reiecto eius similibus arrogantibus linguae furore, ad id quod vere bonum est inquirendum se convertet? Quare non abripiant vos philosophorum qui philosophi non sunt coetus solemnes: qui quidem secum ipsi pugnant; ut quaeque res in mentem venerit ita eam quisque effutivit. Multae autem etiam apud eos sunt offensiones: odit enim alter alterum; aemulis inter se opinionibus certant, propter arrogantiam loca eligentes praestantia. Oportebat vero ut neque principes anticipatis officiis colerent neque proceribus assentarentur, sed expectarent donec magni ad eos veniant.

τὸ ζητεῖν ἐπὶ τὸ. Inde Gesner. et Herold. ἐπὶ τὸ ζητεῖν (ἐπὶ) τὸ. — Denique ad τρέφεται Fris. in marg. τρέφαι.

16. φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων] Illud καὶ (et tamen, „und doch“) per se offensionem non habet. Marano delendum videtur, ne griphi deformetur elegantia. „Erit enim elegantius si legas ut apud Clementem Alex. ἀκουσον μῦθον οὐ μῦθον [de div. serv. §. 42] et ἄνδρες τινὲς οὐκ ἄνδρες“ [Protrept. c. 1. §. 3]. Inde a Daniele l. c. p. 44 praetermissum est. Magis vero placet quod Thirlbius in edit. Iust. Apoll. et Dial. p. 120 proposuit: φιλοσόφων (eorum qui strepitus amant vel faciunt) καὶ οὐ φιλοσόφων. Id enim bene quadrat ad ἔντυπον γλωττομανίαν antea memoratam et ad verba quae sequuntur κατὰ δὲ τὸ ἐπελθὼν ἕκαστος ἐκπεφώνηκε. Pariter Iustinus Apol. II. c. 3: ... ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοσόφου καὶ φιλοκόμπου· οὐ γὰρ φιλόσοφον εἶπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα. Caeterum Tatianus hic minime solum Crescentem (c. 19), ut Corp. Apoll. Vol. VI.

Wörthius censet, sed generalim perstringit philosophos.

17. τὸ] Deest in Act. — Deinde Fris. (cum eoque Gesner. et Herold.) ἐκπεφώνηκε et in marg. ἐκπεφώνηκε. Cf. c. 33. n. 14.

18. προσκρούματα] Morell. προσκρούματα. Par. 2 ἐπιπροσκρούματα. — Postea pro ἑαυτοῖς (Par. 1 et Act.) editores, exceptis Ducaeo et Marano, αὐτοῖς exhibent.

19. βασιλείας] Sic Par. 1 et 2; sic etiam Morell., Duc., Worth., Gesneri coniecturam secuti. Caeteri editores, ut Act. et Fris., βασιλείας (imperia, h. e. imperantes). Fortasse τοὺς βασιλείας legendum est. Mox enim τοὺς ἡγουμένους et οἱ μεγιστᾶνες. Facile potuit excidere illud τοὺς ob similitudinem syllabae praecedentis. — Par. 2 et Fris. non προλήματι (Act.; Morell., Duc., Maran.) sed προλήματι (sic reliqui editt.) habent. Veram lectionem Par. 1 indicavit, qui προσλήματι praebet. — Particula ἦ ante κολακεύειν in Act. desideratur. — Vox μεγιστᾶνες (dialecto alexandri-



4. Διὰ τί γάρ, ἄνδρες Ἕλληνες, ὥσπερ ἐν πυγμῇ συγκρούειν βούλεσθε τὰς πολιτείας <sup>1</sup> καθ' ἑμῶν; Καὶ εἰ μὴ τοῖς <sup>2</sup> τινῶν νομίμοις συγχεῖσθαι βούλομαι, τίνας χάριν καθάπερ μαρῶτατος μεμίσημαι; <sup>3</sup> Προστάττει φόρους τελεῖν ὁ βασιλεὺς; Ἐτοιμος παρέχειν. <sup>4</sup> Δουλεύειν ὁ δεσπότης καὶ ὑπηρετεῖν; Τὴν δουλείαν C γινώσκων. Τὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἀνθρωπίνως τιμητέον, φοβητέον δὲ μόνον τὸν θεόν· ὅστις ἀνθρωπίνους οὐκ ἔστιν ὀρατὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ τέχνη περιληπτὸς. Τοῦτον μόνον ἀρνεῖσθαι κελευόμενος οὐ πεισθήσομαι, τεθνήξομαι δὲ μᾶλλον, ἵνα μὴ ψεύστης καὶ <sup>5</sup> ἀχάριστος ἀποδειχθῶ. <sup>6</sup> Θεὸς ὁ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἔχει σύστασιν ἐν χρόνῳ, μόνος ἀναρχος ὢν καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων ἀρχή. <sup>7</sup> Πνεῦμα ὁ θεός, <sup>8</sup> οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σχημάτων κατασκευαστής· ἀόρατός τε καὶ ἀναφής, αἰσθητῶν καὶ ἀοράτων αὐτὸς γεγονώς D

nae propria: Sturz De dial. maced. p. 182 et Lobeck ad Phryn. p. 197) spectat ad βασιλέας (qui dominium habent) et ad ἡγουμένους (qui auctoritate pollent).

1. καθ' ἡμῶν] Sic Maranus cum Par. 1. 2 et Aet.; idem iam Henr. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 111) coniecit. Caeteri editores cum Fris. καθ' ἡμᾶς.

2. τινῶν] Ita codd. msti. Gesnerus praeter necessitatem ὑμῶν coniecit legendum: id quod Morell., Duc., Worth. textui inseruerunt.

3. Προστάττει . . . παρέχειν] Iustinus Apol. I. c. 17: Φόρους δὲ . . . πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ etc..

4. Δουλεύειν etc.] Par. 1 in marg.: κατὰ κοινού [c. 1. n. 26] τὸ προστάττει. — Ad sententiam quod attinet, cfr. Iustinus I. c.: Ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνού-

μεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν. Theophilus ad Autol. I. c. 11: Τοιγαροῦν μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ· θεῷ δὲ τῷ ὄντως θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν etc.. Τὸν δὲ βασιλέα τίμα εὐνοῶν αὐτῷ, ὑποτασσόμενος αὐτῷ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Tertullianus ad Scapul. c. 2 et Apolog. c. 30 sqq.. — Ad verba Τὴν δ. γινώσκων animo supple ex praecedentibus δουλεύω καὶ ὑπηρετῶ. De hoc participii usu disputarunt Hermannus ad Viger. (ed. 4) p. 768. 774 et Matthiae *Ausf. gr. Gramm.* p. 1093 sq.. Duo codd., Par. 2 et Fris., in marg. praebent emendationem γινώσκω, quae a Stephano (I. c. p. 110) probata et a Ducaeo in oratione posita est.

5. ἀχάριστος] Fris. ἀκάριστος



4. Curnam, Graeci, sicut in pugilatu vultis instituta [aliorum] in nos incitare? Ac si quorumdam institutis uti nolo, cur tamquam scelestissimus odio habeor? Iubet tributa pendere princeps? Paratus sum solvere. Servire dominus et ministrare? Servitutum agnosco. Homo enim ut hominem decet colendus est, solus autem deus metuendus: qui quidem humanis non potest cerni oculis, non arte comprehendendi. Hunc solum negare si iubeam non parebo, sed moriar potius, ne mendax et ingratus deprehendam. Deus noster non esse coepit in tempore, quum solus sine principio sit et ipse universorum principium. Spiritus est deus, non pervadens materiam, sed materialium spirituum et figurarum quae in materia sunt opifex: et visu et tactu indeprehensus, quippe quum ipse sensibilium et invisibilium ex-

(sic Gesner. quoque et Herold.) et in marg. ἀχάριστος.

6. Θεός . . . ἀρχή] Clemens Alex. Strom. IV. c. 25. §. 164: Ὁ θεός δὲ ἀναρχος, ἀρχὴ τῶν ὄλων παντελής, ἀρχῆς ποιητικός. Tertullianus c. Marc. I. c. 8: „Deus tam alienus ab initio et fine est quam a tempore, arbitro et metatore initii et finis.“

7. Πνεῦμα ὁ θεός] Coll. Ioann. 4, 24. — Fragm. Clementis ap. Galland. Biblioth. vett. Patr. Tom. III. p. 159: Τί θεός; Θεός ἐστίν, ὡς καὶ ὁ κύριος λέγει, πνεῦμα.

8. οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης] Pro διήκων (Par. 1. 2<sup>a</sup>—Duc.) Gesner. (ex Fris.), Herold., Maran. διήκων (sic) dederunt; Morell. et Worth. διήκων. Scholion in marg. Par. 1: Οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης, οἶονεὶ κατ' ἐμψυχίαν, ἵνα ἡ μὲν ὕλη ἢ ἄτε σῶμα, τῆς δὲ ψυχῆς [ὁ θεός] λόγον ἐπέχη· ἀλλὰ

δημιουργικῶς πάντα συντάσσει καὶ διακοσμῶν. Non permeans materiam, per modum animationis, ut materia sit quasi corpus, deus vero rationem animae habeat; sed tamquam materiae opifex omnia gubernans et ordinans. C. 3 (n. 11): Καὶ ὁ θεός κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτόν (Zenonem) ποιητής, ἐν ἀμάρταις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀρροητοῦργοις καταγιγόμενος. Daniel Tattian. d. Apol. p. 177: „Petravii Vorwurf (Theol. Dogm. de Deo I. c. 3. §. 5) „Deo certos limites constituit, dum illum materiam permeare negat“ ist ganz ungerecht. Der Apologet läugnet nicht die Allgegenwart und Allwirksamkeit Gottes, sondern streitet nur gegen die pantheistische Lehre des Stoicismus, nach welchem der λόγος, die bestimmende Vernunft in allen Naturgestalten verbreitet, der Wirksamkeit aller zum Grunde liegt.“



πατήρ. <sup>9</sup> Τοῦτον διὰ τῆς ποιήσεως αὐτοῦ ἴσμεν, καὶ τῆς δυνά-  
 μεως αὐτοῦ τὸ ἀόρατον τοῖς ποιήμασι καταλαμβανόμεθα. Δη-  
 μιουργίαν τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ γεγεννημένην χάριν <sup>10</sup> τῶν προσκυνεῖν  
 οὐ θέλω. Γέγονεν ἥλιος καὶ σελήνη δι' ἡμᾶς· εἶτα πῶς τοὺς  
<sup>11</sup> ἔμοὺς ὑπηρέτας προσκυνήσω; Πῶς δὲ ξύλα καὶ λίθους θεοὺς  
 ἀπόφανοῦμαι; <sup>12</sup> Πνεῦμα γὰρ τὸ διὰ τῆς ὕλης διήκον ἔλαττον  
 ὑπάρχει τοῦ θειοτέρου πνεύματος· ὅπερ δὲ ψυχῇ παρωμοιωμέ-  
 νον οὐ τιμητέον ἐπ' ἴσης τῷ τελείῳ θεῷ. Ἄλλ' οὐδὲ τὸν ἀνω-  
 νόμαστον θεὸν δωροδοκητέον· <sup>13</sup> ὁ γὰρ πάντων ἀνευδεής οὐ δια-  
 βλητέος <sup>14</sup> ὑφ' ἡμῶν ὡς ἐνδεής. Φανερώτερον δὲ ἐκθήσομαι τὰ  
 ἡμέτερα.

5. <sup>1</sup> Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ, τὴν δὲ ἀρχὴν λόγου δύναμιν παρει-

9. Τοῦτον . . . καταλαμβανόμεθα] Coll. Roman. 1, 20.

ὑπὸ βραχείας αὔρας νικηθεὶς ἀπώλεσε τὸν ἐρώμενον.

9. Τοιοῦτοί τινές εἰσιν οἱ δαίμονες· οὗτοι οἱ τὴν εἰμαρμένην ᾤρισαν. <sup>1</sup> Στοιχειώσεις δὲ αὐτοῖς ἢ ζώσεις ἦν. Τὰ γὰρ C ἐπὶ τῆς γῆς ἐρπετὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι νηκτὰ καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς ὄρεσι τετράποδα, μεθ' ὧν ἐποιοῦντο τὴν δίαιταν ἔκβλητοι τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης <sup>2</sup> γεγεννημένοι, ταῦτα τῆς ἐπουρανίου τιμῆς ἠξίωσαν, ἵνα τε νομισθῶσιν αὐτοὶ διατρίβειν ἐν οὐρανῷ <sup>3</sup> καὶ τὴν ἄλογον ἐπὶ γῆς πολιτείαν εὐλογον διὰ τῆς ἀστροθεσίας ἀποδείξωσιν. Ὡστε ὁ θυμικὸς καὶ ὁ ἐπίμοχθος, καὶ ὁ ἐγκρατευόμε-

19. καὶ ... Ἀθηναίους. Ἐν etc.] Sic Maranus recte interpunxit. Reliqui: ... θυγατέρα. καὶ ... Ἀθηναίους ἐν ... Ἀητοῖδου. καλεῖται etc.. Ducaeus διὰ τ. Ἀθ. vertit propter Athenienses. Sed supra quoque διὰ (vermittelst, per) τὸν Μελέαγρον et διὰ τὸν Ἡφαιστον. Cf. c. 7. n. 7. Maranus: „Ait Tatianus Ceres filiam luget et nonnulli per Athenienses decipiuntur, quia videlicet ex illo Cereris luctu originem mysteriorum repetebant, et, quos his mysteriis initiabant, iis multa quidem bona et, ut ait Cicero de legg. II. c. 14, spem meliorem moriendi promittebant: sed eos decipi pronuntiat Tatianus,

quibus inanissimae illae spes illudebant.“

20. Ἀητοῖδου] Aet. et Fris. et ex hoc Gesner. Ἀητωῖδου. — Ὀμφαλὸν scriptor non Delphos appellat (Worth.), sed locum in Apollinis (τοῦ Ἀητοῖδου) templo ubi Bacchus sepultus est (Maran.). Scholion in marg. Par. 1: ὁ ἐν τῷ ναῷ τῷ ἐν Δελφοῖς Ὀμφαλὸς ὀνομαζόμενος τάφος ἦν Διονύσου.

21. τὰ περὶ σὲ] Constat Daphnen, quum libidinem Apollinis fugeret, laurum induisse. — Antea Maranus absque necessitate legendum censuit ἢ τὴν ἀκρασίαν etc..

22. Λεγέτω etc.] Hic Apollinem misere destituebat ars illa,



mysteria: Ceres filiam luget, et quidam per Athenienses decipiuntur. In templo Latoidae est locus qui Omphalus dicitur: Omphalus autem sepulcrum est Bacchi. Laudo te nunc, o Daphne: victâ Apollinis intemperantiâ convicisti eius divinationem, quippe quum rei tibi eventurae ignarus fructum ex arte sua non perceperit. Dicat mihi nunc eminus iaculans Apollo, quomodo Hyacinthum Zephyrus occiderit. Zephyrus eum vicit; et, quum tragicus poeta dicat  
*Aura deorum vehiculum pretiosissimum,*  
 ipse ab exigua aura victus perdidit quem amabat.

9. Tales sunt daemones; hi sunt qui fatum definiunt. Elementum autem iis fuit animalium in coelo collocatio. Nam animalia, quibuscum coelo eiecti degebant, in terris repentia vel in aquis natantia vel in montibus quadrupedes, coelesti honore dignati sunt, ut ipsi in coelo versari existimarentur et vitam in terra a ratione alienam rationi consentaneam esse per siderum positionem persuaderent. Itaque animosus et lassus, et temperans et intem-

quam sibi arrogabat, vaticinatrix. Si enim fatum Hyacinthi sibi adamati praescisset Apollo, neuliquam discum illum emisisset, quem Zephyrus statu suo in caput Hyacinthi convertit, puerumque interemit. Eodem modo Apollinem perstringit Theophilus ad Aut. [I. c. 9] tanquam τὸν Ἰακίνθου μόνον ἀγνοοῦντα. Worthus. — Cf. Pauly I. c. Tom. III. p. 1534.

23. Ἄνρα... τιμιώτατον] Tragicum incerti fragmentum: Poetar. trag. graecc. fragm. ed. Wagner, Vol. III (Vratisl. 1848) p. 238. Barnesius inter Euripidea retulit.

1. Στοιχείωσις] Principium (Worth.) cui fatidicam rem superstruebant. C. 17: τῶν φηζῶν αἱ

ποικιλίαι etc. στοιχειώσις ἐστὶ τῆς τῶν δαιμόνων μοχθηρίας. Ζώωσις, vivificatio s. animalio, i. q. (Gesner.) situs vel figurae animalium in coelo. Cf. c. 8. p. 147. A.

2. γεγενημένοι] Herold. γεγεννημένοι.

3. καὶ τὴν ἄλογον etc.] Daemones per siderum [in forma animalium] positionem perfecisse dicit ut vita a ratione aliena rationi consentanea videretur, quia scilicet per tabulam positionis siderum fatum induxerunt, et, sive quis virtutem colat sive vitiosus sit, ab iisdem geniturae gubernatoribus talis existit, non propria voluntate. Similia habemus paullo ante c. 8. Maranus. — Cf. c. 8. n. 4.



νος καὶ ὁ ἀκρατής, καὶ ὁ πτωχεύων <sup>4</sup> καὶ ὁ πλουτῶν, ἀπ' αὐ-  
 τῶν ἔστι τῶν νομοθετησάντων τὴν γένεσιν. Ἡ γὰρ τοῦ ζωδια-  
 κοῦ κύκλου γραφὴ θεῶν ἔστι πόλημα. Καὶ τὸ <sup>5</sup> ἐπικρατῆσαν, ὡς D  
 φασιν, ἐνὸς αὐτῶν φῶς τοὺς πλείονας παραβραβεύει· καὶ ὁ νι-  
 κώμενος εἰς αὐθις νῦν ἐπικρατεῖν εἴωθεν. <sup>6</sup> Εὐαρεστοῦσι δὲ  
 αὐτοῖς οἱ ἑπτὰ πλανῆται, ὡσπερ οἱ ἐν τοῖς πεττοῖς ἀθύροντες.  
 Ἡμεῖς δὲ καὶ εἰμαρμένης ἔσμεν ἀνώτεροι, καὶ ἀντὶ πλανητῶν  
 δαιμόνων ἕνα τὸν ἀπλανῆ δεσπότην μεμαθήκαμεν, καὶ οὐ καθ'  
 εἰμαρμένην ἀγόμενοι τοὺς ταύτης νομοθέτας παρητήμεθα. **Λέγε** 15  
 μοι πρὸς τοῦ θεοῦ, Τριπτόλεμος ἔσπειρε τοὺς πυρούς, καὶ με- 149  
 τὰ τὸ πένθος εὐεργετεῖ τοὺς Ἀθηναίους; Διὰ τί δὲ ἡ Δημήτηρ  
 τῆς θυγατρὸς μὴ ἄπολωλίας τῶν ἀνθρώπων εὐεργέτις οὐκ  
 ἐγένετο; Κύων ὁ τῆς Ἡριόνης ἐν οὐρανῷ δείκνυται καὶ Σκορ-  
 πιος ὁ τῆς Ἀρτέμιδος βοηθὸς καὶ Χείρων ὁ Κένταυρος <sup>8</sup> καὶ ἡ  
 ἡμίτομος Ἀργὼ καὶ ἡ Καλλιστοῦς ἄρκτος. Εἶτα πῶς πρὶν τού-  
 τος περὶ τὰς προειρημένας πράξεις γενέσθαι ἀκόσμητος ἦν ὁ

4. καὶ ὁ πλουτῶν] Haec vulgo  
 omissa sunt: adieci monitu Gesneri.  
 C. 8 in eodem argumento afferun-  
 tur καὶ οἱ πλουτοῦντες καὶ οἱ πε-  
 νόμενοι. Facile illa excidere po-  
 terant ob repetitum —ων. Worthus  
 locum sic interpolandum censuit:  
 Ὡστε ὁ θυμικός [καὶ ὁ πρᾶυς],  
 καὶ ὁ ἐπίμοχθος [καὶ ὁ σχολάζων],  
 καὶ ὁ ἐγκρατενόμενος καὶ ὁ ἀκρα-  
 τῆς, καὶ ὁ πτωχεύων [καὶ ὁ πλού-  
 σιος]. Wortho fucum fecit illud  
 ἐπίμοχθος, quod Gesnero prae-  
 eunte reddidit laboriosus. Sed op-  
 ponitur praecedenti θυμικός. Inde  
 Maranus reddidit: iracundus et pa-  
 tiens. Ἐπίμοχθος vero, quod per-  
 raro apud veteres scriptores legi-  
 tur, idem valet quod valde frequen-  
 tatum ἐπίπνοος, ut Pape (*Hand-  
 wörterb. d. gr. Spr.* Tom. I. p. 795)  
 recte monuit, h. e. lassescens:

quae quidem significatio Steph. Thes.  
 gr. ling. ed. Hase Vol. III. p. 1744  
 exemplis probatur. — Antea Ges-  
 ner. et Herold. ἀκραστῆς cum Fris.,  
 qui veram lectionem ἀκρατής in  
 marg. suppeditat. Tum pro ἀπ'  
 αὐτῶν, quod Par. 1 et Maranus  
 recte habent, caeteri codd. msti et  
 editores ἐπ' αὐτῶν dederunt. De-  
 nique Aet., Par. 2, Fris. non νο-  
 μοθετησάντων sed ὀνομοθετησάν-  
 των (sic) exhibent. Nescio equi-  
 dem cur Daniel (*Tatian. d. Apol.*  
 p. 180) verbum ἔστι expunxerit et  
 ὀνομαθετησάντων scripserit. Iam  
 Gesner. eumque secutus Herold. in  
 textu quidem ὀνομοθετησάντων in-  
 epte posuerunt, sed νομοθετησάν-  
 των, quod ille legendum coniecit  
 et Par. 1 firmat, in marg. indica-  
 runt: unde receperunt reliqui edi-  
 tores.



perans, et pauper et dives, ab iisdem geniturae gubernatoribus tales exstiterunt. Nam zodiaci circuli descriptio deorum est opus. Quodsi dominetur (ita enim loquuntur) lux unius eorum, pluribus caeteris honorem praeripit: et qui alias vincitur nunc vincere solet. Delectantur autem iis septem planetae, velut qui tesseris ludunt. Nos autem et fato superiores sumus, et pro errantibus daemonibus unum dominum non errantem didicimus, et, quum fato non regamur, eius gubernatores reiicimus. Dic mihi per deum, fruges sevit Triptolemus, et post luctum beneficium in Athenienses contulit? Sed cur Ceres ante quam filiam amitteret bene de hominibus non merebatur? Canis Erigones in coelo ostenditur et Scorpius Dianae auxiliator et Chiron Centaurus et Argo dimidiata et Callistûs ursa. Quomodo igitur ante quam isti praedicta facinora ederent inornatum erat coe-

5. ἐπικρατήσαν] Planetam dicit, qui plura habet testimonia fortitudinis, ut cum astrologis loquar. Hic ipsis dicitur thematis dominus sive gubernator. Sic geniturae dominus vocatur qui fortissimus est in natalitio themate seu figurâ coelesti sic dictâ. *Worthus.* — Paulo post Maranus voces εἰσαυθίς (sic vulgo, non divise) νῦν iubet transponi. Non muto.

6. Εὐαρεστοῦσι δὲ etc.] Male ista verba interpretati sunt Worthus de astrologis, qui in arte sua divinatrice oblectentur septem planetis, et Maranus de diis, qui septem planetis delectentur. Recte Gesnerus sic accepit ut septem planetae oblectentur zodiaci signis. Zodiacus enim est ποίημα θεῶν h. e. δαι-

μόνων: quo quidem opere daemones, quippe planetae (mox: ἀντὶ πλανητῶν δαιμόνων, pro planetis h. e. erraticis daemonibus) septem, etiam nunc delectantur. Daniel l. c.: „Des Zodiacus freuen sich die sieben Planeten, die ihre Thiere in ihn versetzt: wohlgefällig wandeln sie zwischen ihnen hindurch, von einer Stelle zur andern rückend und verschiedene Stellungen gegen einander einnehmend, wie die Steine im Bretspiel.“ Cf. c. 8. n. 2. Caeterum constat multos patres planetas pro daemonibus habuisse. — Vulgo πεσσοῖς. Cf. c. 1. n. 15.

7. ἀπολωλίας] Aet., Par. 2, Fris. ἀπολωμίας. Etiam Gesner. et Herold.: sed ille verum adnotavit.

8. καὶ] Vulgo desideratur.



οὐρανός; Τίνοι δὲ οὐ γελοῖον <sup>9</sup> εἶναι δόξει τὸ κατὰ μὲν τινὰς  
διὰ τὴν Σικελίαν ἀστροθετούμενον Δελτωτόν, κατ' ἐνίους δὲ B  
τῆς τοῦ Διὸς προσωνυμίας πρωτότυπον στοιχεῖον; Διὰ τί γὰρ  
οὐχὶ καὶ ἡ Σαρδῶ καὶ ἡ Κύπρος ἐν <sup>10</sup> οὐρανῷ τετίμηνται;  
Τίνος δὲ ἔνεκεν οὐχὶ καὶ τῶν τοῦ Διὸς ἀδελφῶν, οἳ διενείμαντο  
τὰς βασιλείας, γραμμάτων <sup>11</sup> σχηματουργίαι κατεστηρίχθησαν;  
Πῶς τε ὁ πεδηθεὶς Κρόνος καὶ τῆς βασιλείας ἔκβλητος γενό-  
μενος τῆς εἰμαρμένης οἰκονόμος καθίσταται; Πῶς τε <sup>12</sup> βασι-  
λείας ὁ μηκέτι βασιλεύων δίδωσι; <sup>13</sup> Καταβάλλετε τοιγαροῦν τὸν  
λῆρον, καὶ μὴ διὰ τὸ μισεῖν ἡμᾶς ἀδίκως παρανομήσητε.

10. Μεταμόρφωσις ἀνθρώποις μεμυθολόγηται· μεταμορ- C  
φοῦνται δὲ παρ' ὑμῖν καὶ οἱ θεοί. <sup>1</sup> Δένδρον ἢ ῥέα γίνεται, **16**  
δράκων δὲ ὁ Ζεὺς διὰ τὴν Φερσέφατταν, αἴγειροι αἱ τοῦ Φαέ-  
θοντος ἀδελφαί, καὶ ἡ Λητώ ζῶον εὐτελές, δι' ἣν Ὀρτυγία Δῆ-  
λος ἢ νῦν κέκληται. <sup>2</sup> Θεὸς εἶπέ μοι κύκνος γίνεται, καὶ τὴν  
ἀετοῦ μορφήν ἀναλαμβάνει, καὶ δι' οἰνοχοῖαν τοῦ Γανυμήδους  
τῇ παιδεραστίᾳ σεμνύνεται; Τί μοι σέβειν θεοὺς δωρολήπτας,

9. εἶναι] Deest in Aet. et  
Par. 2. Mox hic ἀστροθετενόμενον.  
Galland. errore μετὰ μὲν pro κα-  
τὰ μὲν.— Δελτωτόν astrum trian-  
guli formam habet ut Δ; triangu-  
la species est Siciliae quoque, unde  
(Plin. Hist. nat. III. 8, 14) Tri-  
quetra dicebatur. Scholion ad h. l.  
in marg. Par. 1: Τινὲς δὲ διὰ τὸ  
ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον Δέλτα  
φασίν· οὐ [leg. ὄ] ποιούσιν ἄνω-  
θεν μὲν ὁ Νεῖλος, διίστάμενος  
ἀφ' ἐνὸς τοῦ ἑαυτοῦ φεύματος  
εἰς δύο, κάτωθεν δὲ ἢ πρὸς Ἀλε-  
ξάνδρειαν θάλασσα, εἰς ἣν τὰ  
στόματα τοῦ Νεῖλου ἐκδιδοῖ.

10. οὐρανῷ] Fris. in marg.  
ὀλύμπω.

11. σχηματουργίαι] Vulgo σχη-  
ματουργία. Videlicet antiquiores

libri habebant —ΓΙΑΙ, quod esse  
potest non solum —γία (iota in  
dativo adscribebatur: c. 7. n. 8) sed  
etiam —γίαι. Inde error natus.  
Hac autem emendatione, iam a Ma-  
rano commendata, locus sanatur.  
Worthus minus recte censuit τὰ  
ὀνόματα ante τῶν τοῦ Διὸς ἀδελ-  
φῶν (h. e. Plutonis et Neptuni)  
deesse; pariter etiam Gesnerus (coll.  
Hase ad Leon. Diac. p. 478. ed.  
Bonn.) reddidit: Quare non alii  
quoque fratres Iovis... nominum  
suorum literis sideribus adscripti  
sunt?

12. βασιλείας] Pontanus de re-  
bus coel. VIII. c. 2 a Gesnero lau-  
datur: „Si geniturae gubernaculum  
accipienti Saturno, opportunoque in  
loco collocato, opportuno etiam ac



lum? Quis autem non rideat Deltotum illud propter Sici-  
liam, ut quibusdam placet, vel, ut nonnullis, propter pri-  
mam Iovis appellationis literam inter astra consecratum?  
Curnam non Sardiniae quoque et Cypro coelum concessum  
est? Quam ob causam non Iovis quoque fratrum, qui par-  
titi sunt regna, literarum figurae in coelo fixae sunt?  
Quomodo vinctus Saturnus et regno eiectus fati moderator  
constituitur? Et quomodo regna donat qui non iam regnat?  
Proiicite igitur has nugas, neve iniusto in nos odio fas  
et iura violate.

10. Narratur fabulosa hominum transformatio: trans-  
formantur apud vos etiam dii. Rhea fit arbor, Iuppiter  
draco propter Proserpinam, populi Phaetontis sorores, et  
Latona vile animal, propter quam Ortygia vocata est quae  
nunc Delus est. Deus age fit cygnus, et aquilae formam  
suscipit, et dum Ganymedem a poculis habet de turpi pue-  
rorum amore gloriatur? Quid attinet deos colere munera

felici e loco beneficae stellae suffra-  
gium contulerint sitque diurna ge-  
nitura: natus ille futurus est nobi-  
lis, praeclarisque in actionibus ac  
negotiiis versabitur, honores, digni-  
tates magistratusque eos consecu-  
turus, quos signa, loca signorum-  
que ipsorum domini eorumque con-  
figurationes pollicebuntur.“

13. Καταβάλλετε] Duc. κατα-  
βάλλετε. Aet. et Par. 2 καββάλλ-  
ετε. — Pro παρανομήσητε iidem  
codices παρανομίσητε.

1. Δένδρον etc.] Ovidius Me-  
tam. X [104] Attin puerum, Rheae  
delicias, in pinum arborem muta-  
tum scribit; de ipsa autem Rhea  
nihil tale legi. Gesnerus. — De  
Iove sub draconis forma Proserpi-  
nam violante adeas c. 8. n. 17.

Vulgo Φερσέφασσαν (c. 1. n. 15)  
legitur. — Quod scriptor de La-  
tona narrat id Apollodorus et Hy-  
ginus de Asteria, illius sorore, re-  
ferunt: quae in coturnicem (ὄρ-  
τυγα) mutata se in mare demisit,  
ex eaque insula enata est, quae  
Ortygiae ac postea Deli nomen ac-  
cepit. Cf. Pauly *Real-Encyclopae-  
die d. class. Alterthumswiss.* Tom.  
I. p. 876. Ducaeus: „Alii maluerunt  
Latonam ipsam sub tempus pariendi  
in coturnicem versam in insulam  
volavisse et sub ea forma latuisse  
Iunonem, unde postea Ortygiam  
insulam nominavit, quae eam ex-  
ceperat. Vide Natalem Comitem  
Mythologiae lib. IX. c. 6.“

2. Θεός etc.] Iuppiter in cy-  
gnum mutatus est, ut Ledam villa-



καὶ ὀργιζομένους ἂν <sup>3</sup> μὴ λάβωσιν; <sup>4</sup> Ἐχέτωσαν οὗτοι τὴν εἰμαρ-  
 μένην· τοὺς πλανήτας προσκυνεῖν οὐ βούλομαι. <sup>5</sup> Τίς ἐστὶν ὁ  
 Βερενίκης πλόκαμος; Ποῦ δὲ οἱ ἀστέρες αὐτῆς πρὶν τὴν προ- D  
 ειρημένην ἀποθανεῖν; <sup>6</sup> Πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς Ἀντίνοος μειράκιον  
 ἐν τῇ σελήνῃ ὠραῖον καθίδρυνται; <sup>7</sup> Τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν,  
 εἰ μὴ τις καὶ τοῦτον, ὡς τοὺς βασιλέας μισθοῦ δι' ἐπιτορκίας  
 τις, τοὺς θεοὺς καταγελῶν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνεληλυθῆναι φή-  
 σας πεπίστευται, κατὰ τὸ ὅμοιον θεολογήσας τιμῆς καὶ δωρεᾶς  
 ἤξιωται; Τί <sup>8</sup> μοι τὸν θεὸν σεσυλήκατε; Τί δὲ αὐτοῦ τὴν ποιή-  
 σιν ἀτιμάζετε; Θύεις πρόβατον, τὸ δ' αὐτὸ <sup>9</sup> προσκυνεῖς· ταῦ-  
 ρός ἐστιν ἐν οὐρανῷ, καὶ <sup>10</sup> τὴν εἰκόνα σφάττεις αὐτοῦ. Ζῶον

ret, et his aquilae formam susce-  
 pit, tum propter Asterien tum ut  
 Ganymedem pocillatorem sibi futu-  
 rum raperet. Gesnerus.— De vo-  
 cabulo *οἰνοχοῖα* = *οἰνοχοεῖα* cf.  
 Lobeck. ad Phryn. p. 493.

3. μὴ] In Par. 1 (prima manu)  
 supra lineam scriptum est.

4. Ἐχέτωσαν... βούλομαι] C.  
 9: Ἡμεῖς δὲ καὶ εἰμαρμένης ἔσμεν  
 ἀνώτεροι, καὶ ἀντὶ πλανητῶν δαι-  
 μόνων ἕνα τὸν ἀπλανῆ δεσπότην  
 μεμαθήκαμεν.

5. Τίς etc.] Minime post mor-  
 tem demum Berenices capillus eius  
 inter astra consecratus est (Pauly  
 l. c. p. 1098). Unde Is. Vossius  
 (Observv. in Catull. p. 264) pro  
 ἀποθανεῖν scribendum putavit ἀπο-  
 ταμεῖν, scil. τὸν πλόκαμον. Non  
 multo; nam interdum Tatianus a vul-  
 gari traditione recedit: cf. n. 1.

6. Πῶς δὲ etc.] Cf. Iustini  
 Apol. I. c. 29. n. 6.

7. Τίς... ἤξιωται] Ita, ut  
 supra in textu, Par. 1 et 2: nisi  
 quod εἰ μὴ τι pro εἰ μὴ τις et

κατὰ τὸν ὅμοιον pro κατὰ τὸ  
 ὅμοιον habent; utramque coniectu-  
 ram Marano debemus. Illud τὸν  
 ὁμ. vix poteris defendere supplendo  
 τρόπον. Formula κατὰ τὸ ὅμοιον  
 cc. 12 et 24 reperitur. Cum co-  
 dicibus Parisinis consentit Aetonen-  
 sis; in eo differt quod αὐτόν prae-  
 bet pro οὐρανὸν et θεολογήσαι  
 pro θεολογήσας. Consentit cum  
 illis etiam Frisianus, qui vero ἦ  
 ante δι' ἐπιτορκίας exhibet et θεο-  
 λογήσαι pro θεολογήσας. Hunc  
 codicem seculus est Gesnerus. Cum  
 eo Heroldus facit; sed τοὺς ante  
 βασιλέας omisit. Faciunt cum eo-  
 dem Morellus et Worthus; sed τι  
 post εἰ μὴ expunxerunt et ille βα-  
 σιλείας pro βασιλέας dedit. Ges-  
 nerus: „Si legas κατὰ τὸν Ὅμη-  
 ρον pro κατὰ τὸν ὅμοιον, id est  
 Homericam Theologiam imitatus,  
 clarior [!] sensus erit.“ Inde Du-  
 caeus edidit: εἰ μήτι καὶ... ἢ δι'  
 ἐπιτορκίας... πεπίστευται, κατὰ  
 τὸν Ὅμηρον θεολογίσας [sic] τι-  
 μῆς etc.. Equidem nolui ab ista  
 emendatione Maraniana recedere.



accipientes, ac nisi acceperint irascentes? Habeant illi factum: stellas errantes adorare nolo. Quis est ille Berenices crinis? Ubi stellae eius erant ante quam ipsa moretetur? Quomodo mortuus Antinous adolescens formosus in luna collocatus est? Quis eo istum evexit: nisi forte, quemadmodum fidem invenit si quis reges mercede conductus in coelum adscendisse non sine periurio ac deorum irrisione affirmaret, aliquis etiam hunc in deos simili ratione referens praemio et munere affectus est? Cur deum spoliastis? Cur ea quae creavit dedecoratis? Mactas ovem, et eandem adoras: taurus est in coelo, et imaginem eius

Quamquam locus, sed minus convenienter, etiam sic constitui potest: *... εἰ μήτι καὶ τοῦτον, ὡς τοὺς βασιλέας [perinde ut reges], μισθοῦ δι' ἐπιουρίας τις etc. φήσας πεπίστευται, καὶ [id pro κατὰ maluit Gisb. Cuperus: Apotheos. Homeri, Amst. 1683, p. 111] τὸν ὅμοιον [similem, h. e. hominem] θεολογήσας τ. κ. δ. ἤξίωται; — vel sic: ... καὶ κατὰ τὸ ὅμοιον [id Worthus commendavit] θεολογήσας etc.; Grabius (in Iustin. Apol. I edit. p. 42) pro τοὺς θεοὺς καταγελῶν, „quia haud regit accusativum,“ τ. θ. καταγγελῶν reposuit. At interdum occurrit καταγελῶν τινα. Euripides Bacch. 286: καὶ καταγελῶς νιν. Cf. Pape Handwörterb. d. gr. Spr. Tom. I. p. 1144. — De sententia audias Iustinum. Apol. I. c. 21: Καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας, οὓς ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες καὶ ὀμνύοντα τινὰ προάγετε ἰωρακίνας ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαίοντα Καίσαρα;*

8. μοι] Fris. in marg. μου. Casus dativus offensionem non habet. — Gentiles autem spoliabant deum, quod nomen eius ac cultum transferrent in res creatas. C. 18: *Τί δέ μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ;* Sic (Maran. in Add.) c. 12 daemones quoque vocantur *λησται θεότητος.*

9. προσκυνεῖς] Duc. καὶ προσκυνεῖς. — Gesnerus: „Fortasse illud dicit propter Arietem, quo consensu Phryxus et Helle transfretarunt, inter sidera localum: nam et proxime aliorum quoque coelestium signorum mentionem subiicit; tribuebant autem sideribus plerique Gentilium divinos honores. Aut forte quod Iuppiter Ammon Arietis specie in Lybia coleretur.“ Caeterum etiam Iustinus l. c. c. 24: *Ὅτι γὰρ οὖν τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοί, παρ' οἷς δὲ θηρία, παρ' οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἔσθιν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.*

10. τ. εἰκόνα] H. e. similem taurum, in terra.





πονηρὸν <sup>11</sup> ὁ ἐγγόνασι ἐκθλίβει· καὶ τὸν ἀνθρωποποιὸν Προμη-  
θεῖα καταφαγὼν ἀετὸς <sup>12</sup> τετίμηται. Καλὸς <sup>13</sup> ὁ κύκνος, ὅτι μοι-<sup>150</sup>  
χὸς ἦν· καλοὶ δὲ καὶ <sup>14</sup> οἱ ἑτεροήμεροι Διόσκουροι, τῶν Δευ-  
κιπιδῶν οἱ ἀρπασταί. <sup>15</sup> Κρείττων ἢ Ἑλένη, τὸν μὲν καρῆξαν-  
θον Μενέλαον καταλιποῦσα, τῷ δὲ μιτρηφόρῳ καὶ πολυχρύσῳ  
Πάριδι κατακολουθοῦσα. Δίκαιος καὶ <sup>16</sup> Σώφρων, ὁ τὴν ἐμπορνεύ-  
σαν εἰς Ἡλύσια πεδία μετατεθεικῶς. Ἄλλ' οὐδὲ <sup>17</sup> ἢ Τυν-  
δαρις ἀπηθανάτισται· καὶ σοφῶς ὁ Εὐριπίδης ὑπὸ Ὁρέστου  
τῆς προειρημένης γυναικὸς τὴν ἀναίρεσιν παρεισήγαγε.

11. <sup>1</sup> Πῶς οὖν γένεσιν τὴν καθ' εἰμαρμένην ἀποδέξομαι,  
τοιούτους αὐτῆς τοὺς οἰκονόμους θεωρῶν; Βασιλεύειν οὐ B

11. ὁ ἐγγόνασι] H. e. ὁ ἐν γόνασι καθήμενος ἀνὴρ (Hercules). Est signum in coelo: Ingeniculatus (Vitruv. IX. 6) vel Ingeniculus (Firmic. VIII. 17) vel Genuculatus, scil. Hercules (Vitruv. l. c.). Gesnerus: „Est Hercules, qui, dextro genu nixus, sinistro pede capitis Draconis dextram partem opprimere conatur.“ Scholion in marg. Par. 1, manu Itali circiter ineunte saeculo XVI scriptum, sic habet: „Δράκων ὁ τὰ ἐσπέρια μῆλα φυλάττων· de his Ovidius in Fastis.“ Cf. Pauly I. c. Tom. III. p. 1169. — Gesner. et Herold. divise ὁ ἐν γόνασι dederunt; sed tum, propter sequentem vocalem, debebat esse ὁ ἐν γόνασιν. Duc. male ὁ Ἐγγόνασις. Pro ἐκθλίβει Aet. et Par. 2 θλίβει.

12. τετίμηται] Scil. haec aquila in coelo collocata est; itidem Prometheus. Plenius c. 9: ἐν οὐρανῷ τετίμηται. — Paullo ante Galland. τὴν pro τὸν vitiose.

13. ὁ κύκνος] Cf. c. 10. n. 2.

Cygnus quoque inter sidera consecratus est. — Ironice Tatianus hic loquitur.

14. οἱ ἐ. Διόσκουροι] Pollucem ait Homerus concessisse Castori fratri dimidiam vitam, itaque alternis diebus eorum quemque lucere. Vide Hyginum. — Leucippi filiae tres fuerunt, quarum nomina recenset Pausanias Messenic. c. 31; idem vim eis illatam a Dioscuris memorat Laconic. c. 17. 18. Gesnerus.

15. Κρείττων ἢ Ἑλένη] Helena, soror Dioscurorum, fuit non minus libidine infamis quam fratres. De Helena stella [nautis invisā] vide Plinium Hist. nat. II. c. 37. Gesnerus. — Illa autem ut dea adorata est a Graecis et Romanis, ut Selecta histor. et liter. (Regiom. 1719) p. 205 sq. testimoniis probant.

16. Σώφρων] Vulgo σώφρων, „honestus.“ Censet Worthus (in Add.) Euripidem designari, fretus Theodreti Therapeuticis Serm. III. p. 511: καὶ τὴν Ἑλένην δὲ...



trucidat. Is qui Engonasi vocatur premit animal noxium; et honore affecta est aquila opificem hominum Prometheum peredens. Praeclarus est cygnus, quoniam adulter erat; praeclari etiam sunt alternis diebus viventes Dioscuri, filiarum Leucippi raptores. Praestantior his est Helena, quae relicto flavicomo Menelao mitrigerum et abundantem auro Paridem secuta est. Aequus etiam exstitit Sophron, qui hanc meretricem in Elysios campos transtulit. Sed neque Tyndaris immortalitate donata est; ac sapienter Euripides hanc modo memoratam mulierem ab Oreste occisam tradit.

11. Quomodo igitur illam ex fato genituram probem, quum tales eius moderatores videam? Regnare nolo, di-

εις τὸν οὐρανόν (sed dicit Noster εις Ἠλύσ. πεδία), ἣ φησιν Εὐριπίδης, ἀνήγαγον. Daniel (*Tatian. d. Apol. p. 68*) ad Menelaum retulit, qui Helenam, quippe meretricem, in campos Elysios duxerit (μετατεθεικώς?). Equidem, Marano praeunte, vocem (in codd. mstis nomina propria minusculis literis exarantur) de Sophrone accipio, cuius ipse Tatianus c. 34 mentionem fecit. Celeberrimus is erat mimographus, de quo plura disputavit Bode *Gesch. d. dram. Dichth. d. Hell. Tom. III. P. II* (Lips. 1840) p. 87 sqq.; adde Pauly l. c. Tom. V. p. 34 sq. — Tantum abest ut placidam Helenae fruitionem Menelao relinquat, ut Achillis etiam umbrae istam post fata in Elysio nupsisse non unus auctor narraverit. Cf. *Selectt. hist. et lit. p. 201. Scholion in marg. Par. 1: Ἀχιλλεύς ἐν τοῖς Ἠλυσίοις συνοικεῖν λέγεται τῇ Μηδείᾳ καὶ τῇ Ἑλένῃ.*

17. ἡ Τυνδαρίς] Clytemne-  
Corp. Apoll. Vol. VI.

stram eo nomine indicatam esse Worthus existimat. Hanc Tyndarei filiam ab Oreste filio suo interfectam Euripides in *Oreste* narrat. Ad Helenam vero (scriptor partt. ἀλλ' οὐδὲ pergit) illam vocem referunt Gesnerus et Daniel (l. c.). Fabulatur Euripides l. c. 1361 sqq. insidias ei ab Oreste structas et tantum non vitam ereptam: cui tamen periculo a diis subrepta sit. Itaque Tatianus, ut interdum (cf. n. 5) solet, aliter tradidit: in eo tamen recto habet quod ista mortem oppetierit violentam. Plura de Helenae exitu in *Selectt. p. 198 sq.* exponuntur. — Pro ὑπὸ Ὁρ. Ael. ἀπὸ Ὁρ. Cf. praeterea c. 12. n. 20.

1. Πῶς... ἀποδέξομαι] Cf. c. 8. n. 4. Sensus: Non a fato pendet genitura; nam moderatores fati, sidera supra cc. 9 et 10 memorata, sub deorum nominibus molitione daemonum ex improbis hominibus et animalibus originem habent, ideoque nihil valent nec dominationem in



<sup>2</sup>Θέλω, πλουτεῖν οὐ βούλομαι, <sup>3</sup>τὴν στρατηγίαν παρήτημαι, πορ-  
 νείαν μεμίσηκα, ναυτίλλεσθαι διὰ τὴν ἀπληστίαν οὐκ ἐπιτηδεύω, στε-  
 φάνους ἔχειν οὐκ ἀγωνίζομαι, <sup>4</sup>δοξομανίας ἀπήλλαγμαί, θανά-  
 του <sup>5</sup>καταφρονῶ, νόσου παντοδαπῆς ἀνώτερος γίνομαι, λύπη  
 μου τὴν ψυχὴν οὐκ ἀναλίσκει. <sup>6</sup>Δούλος ἐὰν ᾧ, δουλείαν ὑπο-  
 μένω· κἄν ἐλεύθερος ὑπάρχω, τὴν εὐγένειαν οὐ σεμνύνομαι.  
<sup>7</sup>Τὸν ἥλιον ὄρω πάντων τὸν αὐτόν, ἕνα δὲ κατὰ πάντων τὸν  
 θάνατον δι' ἡδονῆς καὶ ἐλαττώματος. Ὁ πλούσιος σπείρει,  
 καὶ ὁ πένης τῆς αὐτῆς σπορᾶς μεταλαμβάνει· τελευτῶσιν οἱ πλου- C  
 σιώτατοι, καὶ οἱ μεταιτοῦντες τὴν αὐτὴν ἔχουσι τοῦ βίου περι-  
 γραφήν. Πλειόνων χρήξουσιν οἱ πλουτοῦντες, καὶ <sup>8</sup>δι' ἀξιοπι-  
 στίας μετὰ τῆς δόξης γίνονται· πένης δὲ καὶ ὁ μετριώτατος τῶν  
 καθ' ἑαυτὸν ἐφιέμενος εὐμαρέστερον περιγίνεται. <sup>9</sup>Τί μοι καθ' 18  
 εἰμαρμένην ἀγρυπνεῖς διὰ φιλαργυρίαν; Τί δέ μοι καθ' εἰμαρμέ-  
 νην πολλάκις ὀρεγόμενος πολλάκις ἀποθνήσκεις; Ἀπόθνησκε τῷ  
 κόσμῳ, παραιτούμενος τὴν ἐν αὐτῷ μανίαν· ζῆθι τῷ θεῷ, διὰ  
 τῆς <sup>10</sup>αὐτοῦ καταλήψεως τὴν παλαιὰν γένεσιν παραιτούμενος.

homines exercent. Qui quidem, ut  
 scriptor in iis quae sequuntur ex-  
 ponit, libera sua voluntate agunt.  
 Itaque neutiquam fatis peccarunt:  
 non deus sed ipsi produxerunt ma-  
 lum; sed qui produxerunt fugere et  
 repudiare possunt.

2. Θέλω] Gesner. et Herold.  
 θέλω.

3. τὴν στρατ. παρήτ.] Huc  
 commodè referrì potest Tertulliani  
 illud Apolog. c. 46: „Christianus  
 nec aedilitatem affectat.“ Worthus.  
 — Daniel (Tatian. d. Apol. p. 16):  
 „Die Worte πλουτεῖν οὐ βούλομαι  
 werfen einiges Licht auf seine äusse-  
 ren Verhältnisse.“

4. δοξομανίας] Sic Par. 1. 2,  
 Aet., Duc., Maran.; caeteri (ex  
 Fris.) δοξημανίας. Cf. c. 19. n.  
 12. Illa vero forma praestantior

est, ut alia exempla docent: δοξο-  
 καλία, δοξοκομπία, δοξολογία, δο-  
 ξοσοφία. Reperitur etiam adiecti-  
 vum δοξομανῆς apud Athenaeum,  
 Iamblichum et Suidam. Cf. Ste-  
 phan. Thes. gr. ling. ed. Hase s.  
 v. (Vol. II). Alii utuntur voce δο-  
 ξοκοπία, ut Lucian. in Peregr. 2;  
 eodem sensu profert δοξοφαγία Po-  
 lybius VI. c. 9. §. 7.

5. καταφρονῶ] Aet. καταφρο-  
 νῶν.

6. Δούλος... ὑπομένω] Cf. 1  
 Cor. 7, 21.

7. Τὸν ἥλιον etc.] Hoc argu-  
 mento infra [c. 26] §. 43 perstrin-  
 git Graecos hosce, sibi solis sapien-  
 tiae gloriam arrogantes. Worthus.

8. δι' ἀξιοπιστίας] Bona enim  
 nomina existimantur. Pro καὶ...  
 γίνεται Marano legendum videtur



tescere non lubet, praeturam recuso, scortationem odi, nāvigare ob insatiabilem avaritiam non cupio, de coronis consequendis non dimico, ab insano gloriae amore liber sum, mortem contemno, quovis morbi genere superior sum, moeror animum non peredit. Si servus sum, servitatem sustineo; si liber sum, ingenuitatem non ostento. Solem video omnium eundem, et unam omnium mortem, sive in voluptate vivas sive inopiā labores. Dives seminat, et pauper eadem semente perfruitur; moriuntur ditissimi, et eundem vitae exitum habent mendici. Pluribus rebus indigent divites, et ob fidem ipsis habitam gloriosi evadunt; pauper autem et moderatissimus ea quae sorti suae conveniunt desiderans facilius consequitur. Cur ex fato vigilas propter avaritiam? Cur, ex fato saepe appetens, saepe moreris? Morere mundo, repudians eius insaniam: vive deo, per ipsius cognitionem veterem originem repudians.

καὶ... γίνονται: „quamvis fides illis et honos habeatur.“ — Gesner. εὐμαρ. περιγύ. reddit: tranquillius vivit.

9. *Τί μοι* etc.] Tua, inquit, culpa, tua stultitia, non fatum, improbis et nimis acquirendi desideriiis te obstringit. Qui autem suae cupiditati vivit is deo moritur. Peccatum enim mortem trahit comitem: sic alibi [c. 14] daemones toties mori ait quoties hominem aliquem deceperint. Gesnerus. — Nota scriptoris breviloquentiam primo ad spectu obscuram. Verba *Τί... φιλαργυρίαν* hoc significant: Qui fit ut admissio fato prae avaritia vigilas? Id nequit fieri. Quodsi non avarus esses, non vigilares. Ergo tu, utpote libere agens, in culpa es, nec fatum te ad vigilantiam impellit. Verba autem quae sequuntur, *Τί... ἀποθνήσκεις*, solvas sic: Quid est

cur, dum fatum in omnibus concupiscentiis tuis admittis, toties moriaris quoties concupiscas? Scilicet non fato sed tua sponte concupiscis. Ergo simul atque concupivisti tuā culpā spiritualiter mortuus es; cupiditati vivis, moreris deo. Verbum enim (*ἀποθνήσκειν*) metaphorice de morte morali interpreteris, ut interdum reperitur: c. 13. p. 152. C et c. 14. p. 153. B. C. — Pro *Τί μοι... Τί δέ μοι*, cuius locutionis exempla c. 10. n. 8 (coll. c. 26) habes, male coniecit Gesnerus *Τί μή... Τί δέ μή*, eamque coniecturam Morellus et Ducaeus in oratione posuerunt.

10. *αὐτοῦ*] Codd. msti et editi *ἐαυτοῦ*, ut sensus sit (Gesner.): per comprehensionem, s. cognitionem, tui veterem statum (Worth.: veterem genituram s. veterem hominem) repudians. Sed Maranus,



Οὐκ ἐγενόμεθα πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκομεν δὲ δι' ἑαυ- D  
τούς. Ἀπώλεσεν ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον· <sup>11</sup> δούλοι γεγόναμεν οἱ  
ἐλεύθεροι, διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπράθημεν. Οὐδὲν φαῦλον ὑπὸ  
τοῦ θεοῦ πεποιήται, τὴν πονηρίαν ἡμεῖς ἀνεδείξαμεν· οἱ δὲ ἀνα-  
δείξαντες δυνατοὶ πάλιν <sup>12</sup> παραιτήσασθαι.

12. Δύο πνευμάτων διαφορὰς ἴσμεν ἡμεῖς, ὧν τὸ μὲν  
καλεῖται ψυχὴ, τὸ δὲ μείζον μὲν τῆς ψυχῆς <sup>1</sup> θεοῦ δὲ εἰκὼν καὶ  
ὁμοίωσις· ἐκάτερα δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πρώτοις ὑπῆρ-  
χεν, ἵνα τὸ μὲν τι ὧσιν ὑλικοί, τὸ δὲ ἀνώτεροι τῆς ὕλης. "Ἐχει <sup>151</sup>  
δὲ οὕτω. Πᾶσαν ἔστιν ἰδεῖν τοῦ κόσμου τὴν κατασκευὴν, σύμ-  
πασάν τε τὴν ποιήσιν, <sup>2</sup> γεγонуῖαν ἐξ ὕλης, καὶ τὴν ὕλην δὲ  
αὐτὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ προβεβλημένην, ἵνα τὸ μὲν τι αὐτῆς ἄπο-  
ρον καὶ ἀσχημάτιστον νοῆται πρὸ τοῦ διάκρισιν λαβεῖν, τὸ δὲ  
κεκοσμημένον καὶ εὐτακτον μετὰ τὴν ἐν αὐτῇ διαίρεσιν. "Ἔστιν <sup>19</sup>  
οὖν <sup>3</sup> ἐν αὐτῇ ὁ οὐρανὸς ἐξ ὕλης <sup>4</sup> καὶ τὰ ἄστρα τὰ ἐν αὐτῷ·  
καὶ ἡ γῆ δὲ καὶ πᾶν τὸ ἀπ' αὐτῆς νοούμενον τὴν ὁμοίαν ἔχει  
σύστασιν, ὡς εἶναι κοινὴν πάντων γένεσιν. Τούτων δὲ οὕτως B  
ὑπαρχόντων, διαφοραὶ τινες τῶν ἐξ ὕλης εἰσὶν, ὡς εἶναι τὸ μὲν

et Kahnis (*D. Lehre v. heil. Gei-*  
*ste P. I. p. 253*) scite αὐτοῦ com-  
mendarunt. Irenaeus adv. haer. V.  
c. 12. §. 4: „Agnitio dei renovat  
hominem.“ Haec dei cognitio est  
pluris aestimanda quam munera quae  
mundus praebet (c. 32); anima per  
eam consequitur beatam immortali-  
tatem (c. 13). Nullo modo fas est  
eam cum istis conferre qui in ma-  
teria et rerum corporearum amore  
volutantur (c. 21).

11. δούλοι... ἐπράθημεν] Coll.  
Roman. 7, 15.

12. παραιτήσασθαι] Aet. πα-  
ραιτήσαι. — C. 15: δυνατὸν δὲ  
πάντι τῷ νενικημένῳ πάλιν νι-  
κᾶν.

1. θεοῦ δὲ εἰκὼν κ. ὁ.] Scho-

lion in marg. Par. 1 manu itala (cf.  
c. 10. n. 11): „Signatum est su-  
per nos lumen vultus tui, Domine.“  
Haec petita sunt ex Vulg. Psalm.  
4, 7. — Cf. de duobus hic memo-  
ratis spirituum generibus c. 7. n. 3  
et 12. Utrumque genus, quorum  
alterum animam vocat, alterum ani-  
mā maius deique imaginem referens,  
protoplastis datum erat. Postquam ve-  
ro peccarunt, posterius spiritūs genus  
(τὸ θεῖον πνεῦμα), quod immorta-  
litas fons ipsis erat, ab iis disces-  
sit (c. 7. p. 146. D. 147. A), ita  
tamen, ut quasdam spiritualis virtu-  
tis scintillas retinerent ipsorum po-  
steri (c. 13. p. 152. D). Inde po-  
test etiam nunc quisque eorum, dum-  
modo velit, virtute colenda in eius  
societatem redire et immortalitatem



Non facti sumus ut moreremur, sed morimur nostrâ culpâ: Perdidit nos libera voluntas: servi facti sumus qui liberi eramus, per peccatum venditi sumus. Nihil mali factum est a deo, nos ipsi improbitatem produximus: eam vero qui producerunt denuo possunt repudiare.

12. Duo spirituum discrimina novimus, quorum alter vocatur anima, alter animâ praestantior dei imago et similitudo; uterque autem primis hominibus inerat, ut partim ex materia constarent, partim materiâ praestantiores essent. Res autem sic se habet. Universam patet mundi constructionem et universum opus ex materia esse factum, ipsam autem materiam a deo productam: ita ut partim rudis et informis intelligatur, antequam divisionem acciperet, partim ornata et digesta, post peractam in ea divisionem. Coelum igitur et stellae in eo ex materia constant; et terra ac quidquid ea continetur similem habet constitutionem, ita ut communis sit omnium origo. Quamvis autem haec ita se habeant, sunt tamen quaedam eorum quae ex materia con-

consequi (c. 15. p. 154. D, c. 20. p. 159, comp. c. 13. p. 153. A). In quo omnibus, ut ipsi contingat, studiosè est elaborandum. C. 15: Καὶ χρῆ λοιπὸν ἡμᾶς ὀπιεῖ ἔχοντες ἀπολωλέκαμεν τοῦτο νῦν ἀναζητεῖν, ζευγνῦναι τε τὴν ψυχὴν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ καὶ τὴν κατὰ θεὸν συζυγίαν πραγματεῦσθαι. C. 20: Καὶ χρῆ λοιπὸν ἡμᾶς ἐπιποθήσαντας τὸ ἀρχαῖον παραιτήσασθαι πᾶν τὸ ἐμποδῶν γινόμενον. — Similiter Irenaeus adv. haeres. V. c. 6 sqq. al. docuit. Cf. Baumgarten - Crusius *Compend. d. christl. Dogmengesch.* ed. Hase Tom. II. p. 225. — Pro τὸ μὲν ... τὸ δὲ Semler ad Baumgartenii *Untersuchung theol. Streitighk.* Tom. II. p. 78 sine ratione τῷ μὲν

... τῷ δὲ commendavit. Illa formula paullo post (bis) repetitur.

2. γεγονῦσαν] Sic Par. 1, Duc., Maran.; caeteri καὶ γεγονῦσαν. Putavit igitur Tatianus materiam non esse principii expertem (c. 5. p. 145. C) sed a deo creatam (tamquam rudem molem) ac postea (ut mundus existeret) formatam. Similiter Iustinus docuit. Cf. meum librum De Iust. Mart. scriptis et doct. p. 130.

3. ἐν αὐτῇ] Scil. τῇ διαιρέσει, qua ἡ τοῦ κόσμου κατασκευὴ effecta est.

4. καὶ] In Act. deest. Mox pro ἐν αὐτῷ Fris. (Gesner. et Herold.) μὲν αὐτῷ, sed veram lectionem in marg. habet. Idem pro ἡ γῆ offert ἐν γῆ, idque pariter Ges-



τι κάλλιον, τὸ δὲ καὶ αὐτὸ μὲν καλὸν <sup>5</sup> πλὴν ὑπὸ τινος κρείττο-  
 νος ἐλαττούμενον. Ὡσπερ γὰρ ἢ μὲν τοῦ σώματος σύστασις  
 μιᾶς ἐστὶν οἰκονομίας, περὶ δὲ <sup>6</sup> αὐτὸ ἐστὶ τοῦ γεγενῆσθαι τὸ  
 αἷτιον· καὶ τούτων οὕτως ὄντων, διαφοραὶ τινές εἰσι δόξης ἐν  
 αὐτῷ, καὶ τὸ μὲν ὀφθαλμὸς <sup>7</sup> τίς ἐστὶν, τὸ δὲ οὖς, τὸ δὲ τριχῶν  
 διακόσμησις καὶ ἐντοσθίων οἰκονομία, μυελῶν τε καὶ ὀστέων καὶ  
 νεύρων σύμπηξις· θάτερον δὲ θάτερον ὃν διάφορον, κατ' οἰκο-  
 νομίαν συμφωνίας ἐστὶν ἀρμονία· παραπλησίως καὶ ὁ κόσμος, C  
 κατὰ τὴν τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν δύναμιν <sup>8</sup> τὰ μὲν τοι φαιδρό-  
 τερα, τὰ δὲ τινα τούτοις ἀνόμοια κεκτημένος, θελήματι τοῦ δη-  
 μιουργήσαντος <sup>9</sup> πνεύματος μετείληφεν ὑλικοῦ. <sup>10</sup> Τὰ δὲ καθ' 20  
 ἕκαστα δυνατὸν κατανοῆσαι τῷ μὴ κενოდόξως ἀποσκορακίζοντι  
<sup>11</sup> τὰς θειοτάτας ἐρμηνείας, αἱ κατὰ χρόνον διὰ γραφῆς ἐξελη-  
 λεγμένοι πάνυ θεοφιλεῖς τοὺς προσέχοντας αὐταῖς πεποιήκασιν.  
<sup>12</sup> Ὅμως δὲ οὖν καὶ οἱ δαίμονες (οὓς ὑμεῖς οὕτω φατέ), σύμ-  
 πηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κτησάμενοί τε πνεῦμα τὸ ἀπ' αὐτῆς,

ner. (qui genuinam scripturam con-  
 iectura assecutus est) et Herold. re-  
 ceperunt.

5. πλὴν] Aet. πάλιν.

6. αὐτό] Gesner. et Herold.  
 (ex Fris.) αὐτῷ. Sed ille αὐτὸ  
 vel ταυτό coniecit legendum esse:  
 prius Par. 1. 2 et Aet. firmatur. —  
 Caeterum egregia est a Tatiano huc  
 proposita comparatio mundi cum  
 corpore humano.

7. τίς] Fris. in marg. τί.

8. τὰ μὲν τοι] Sic Par. 1 et  
 2; sic Maranus quoque. Caeteri  
 codd. msti et editores τὰ μὲν τι.  
 Coniecetis τὰ μὲν τινα, quum τὰ  
 δὲ τινα sequatur: qua quidem mu-  
 tatione haud est opus. Cf. Epist.  
 ad Diogn. c. 2. n. 4.

9. πνεύματος μετείλ. ὑλικοῦ]  
 Scholion in marg. Par. 1: πνεῦμα  
 καὶ τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἀκουστέον

δημιουργικὴν δύναμιν καθ' ἣν  
 ἕκαστον εἶδος· τοῖς ὑπ' αὐτὸ τὸ  
 ὅμοιον τοῦ προαγαγόντος ὑφίστη-  
 σιν. — Pearsonus argutius quam  
 verius pro ὑλικοῦ mallet ὀλικοῦ.  
 Est autem πνεῦμα ὑλικὸν i. q.  
 (c. 4) πνεῦμα τὸ διὰ τῆς ὕλης  
 διηκόν. Haec mundi anima non  
 eodem cum divino spiritu sed in-  
 feriori potius loco habenda est;  
 ἐλαττον ὑπάρχει τοῦ θειοτέρου  
 πνεύματος (c. 4). Inest in omni-  
 bus creaturis: in stellis, angelis,  
 hominibus, animalibus, plantis; et  
 quamvis una in omnibus (quod qua-  
 litatem eius attinet) eademque sit,  
 diverso tamen modo singulis inhae-  
 ret (infra: ἐν δὲ ὑπάρχον καὶ ταν-  
 τὸν διαφορὰς ἐν αὐτῷ κέκτηται):  
 v. c. plus illius inest angelis quam  
 hominibus, hominibus plus quam ani-  
 malibus, animalibus plus quam plan-



stant discrimina, ita ut aliud quidem pulchrius sit, aliud vero pulchrum sed tamen ab alio praestantiori superatum; Quemadmodum enim corporis constitutio unius est descriptionis, et circa illud versatur nascendi causa; et quamvis haec ita se habeant, tamen quaedam sunt in eo dignitatis discrimina, et aliud est oculus, aliud est auris, aliud capillorum ornatus et intestinorum distributio, et medullarum et ossium et nervorum compages; et quum aliud ab alio differat, summus est in communi distributione concentus: similiter mundus, secundum auctoris sui potestatem quaedam splendidiora, quaedam his dissimilia continens, voluntate opificis spiritum accepit materialem. Haec autem singulatim perspicere potest qui non superbe respuit divina oracula, quae tempore procedente literis consignata omnino amicos deo eos fecerunt qui animum ipsis advertunt. Daemones igitur (ita enim appellatis), quum ex materia compacti essent, et spiritum ex ea traxissent, intemperantes

tis etc. — Prorsus aliter Stoici de anima mundi docebant: nempe eam non pro dei opificio sed pro ipso deo habebant, qui scipsum uniret partibus mundi. Cf. c. 4. n. 8.

10. Τὰ] Hoc Maranus ex Par. 1 pro vulg. τὸ reposuit.

11. τὰς θειοτάτας ἐρμηνείας] Quidni intelligat auctor noster versionem LXX interpretum, quam philosophis hisce, graecis scilicet, perlegendam proponit? Worthus. Contra Daniel (*Talian. d. Apol.* p. 138): „Es sind wohl im Allgemeinen die Aussprüche der heiligen Autoren zu verstehen, welche als die ἐρμηνείας des sich offenbarenden Gottes angesehen werden.“ — Pro διαγραφῆς (divise: sic Par. 1 et Aet.) Gesner., Herold., Morell., Worth.

διαγραφῆς, ut est in Fris. et Par. 2.

12. Ὅμως . . . πολιτευόμενοι] De part. ὅμως δὲ οὖν cf. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 679. Morellus pro οὕτω vitiose οὔτε dedit. Προτε (ante πνεῦμα) tu forsan τὸ scriperis: daemones, ex materia compacti, spiritu ex ea sumto intemperantes etc. Noli mutare. Gesner., Herold., Morell., Worth. non ἀπ' αὐτῆς (Par. 1, Aet.) sed ὑπ' αὐτῆς (Fris., Par. 2) dederunt. Pro κ. τ. ὅμ. αὐτῆ Aet. κ. τ. ὅμ. αὐτοί. — Ad verba σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες (cf. c. 15. n. 12) est scholion in marg. Par. 1: δαίμονες [h. e. angeli boni et mali] σύνθετοι ἐξ ὕλης καὶ εἰδους. Cf. n. 9. Vocantur hoc loco (coll. c. 20) δαίμονες ut apud scriptores





ἄσωτοι καὶ λίχνοι γέγονασιν, οἱ μὲν τινες αὐτῶν ἐπὶ τὸ καθα- D  
 ρώτερον τραπέντες, οἱ δὲ τῆς ὕλης ἐπιλεξάμενοι τὸ ἕλαττον καὶ  
 κατὰ τὸ ὅμοιον αὐτῇ πολιτευόμενοι. <sup>13</sup> Τούτους δέ, ἄνδρες Ἑλ-  
 ληνες, προσκυνεῖτε, γεγονότας μὲν ἐξ ὕλης, μακρὰν δὲ τῆς εὐ-  
 ταξίας εὐρεθέντας. Οἱ γὰρ προειρημένοι, τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ  
 πρὸς τὸ κενοδοξεῖν τραπέντες καὶ ἀφηνιάσαντες, <sup>14</sup> λησταὶ θεό-  
 τητος γενέσθαι προεθυμήθησαν· ὁ δὲ τῶν ὅλων δεσπότης ἐν-  
 τρυφᾶν αὐτοὺς εἶπαι μέχρις ἂν ὁ κόσμος πέρασ λαβῶν ἀναλυ-  
 θῇ, καὶ ὁ δικαστῆς παραγένηται, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, διὰ  
 τῆς τῶν δαιμόνων ἐπαναστάσεως ἐφιέμενοι τῆς <sup>15</sup> τοῦ τελείου <sup>152</sup>  
 θεοῦ γνώσεως, τελειότεραν διὰ τῶν ἀγώνων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως  
 τὴν μαρτυρίαν λάβωσιν. Ἔστιν οὖν πνεῦμα ἐν φωστῆρσι, πνεῦ-  
 μα ἐν ἀγγέλοις, πνεῦμα ἐν φυτοῖς καὶ ὕδασι, <sup>16</sup> πνεῦμα ἐν ἄν-  
 θρώποις, πνεῦμα ἐν ζώοις· ἐν δὲ ὑπάρχον καὶ ταύτῳ διαφο-  
 ρὰς ἐν αὐτῷ κέκτηται. Ταῦτα δὲ ἡμῶν λεγόντων οὐκ ἀπὸ γλώτ- <sup>21</sup>  
 τῆς οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἐννοιῶν, συντάξεώς τε σοφιστικῆς,  
 θειοτέρας δὲ τινος ἐκφωνήσεως <sup>17</sup> λόγοις καταχρωμένων, οἱ βου-  
 λόμενοι μανθάνειν σπεύσατε. Καὶ οἱ τὸν Σκύθην <sup>18</sup> Ἀνάχαρσιν  
 μὴ ἀποσκορακίζοντες καὶ νῦν μὴ ἀναξιοπαθήσητε παρὰ τοῖς βαρ- B  
 βαρικῇ νομοθεσίᾳ παρακολουθοῦσι παιδεύεσθαι. Χρήσασθε τοῖς

classicos in universum numina su-  
 periora, die höheren Wesen. Inde  
 οὓς ὑμεῖς οὕτω φατέ. Cf. Baum-  
 garten-Crusius l. c. p. 194. Pariter  
 scholion ad verba οἱ μὲν τινες etc.  
 in marg. Par. 1: τοῦτο πλατω-  
 νικόν, εἰς δύο διαιροῦν εἶδη τοὺς  
 δαίμονας, ἀῦλοτέρους καὶ ὑλικω-  
 τέρους, καὶ τοὺς μὲν ἀῦλοτέρους  
 ἀγαθοὺς εἶναι, τοὺς δὲ ὑλικωτέ-  
 ρους πονηροὺς καὶ κακοποιούς.  
 Minime autem, ut Worthus censuit,  
 designantur angelorum liberi quos  
 post lapsum ex humanis mulieri-  
 bus procrearunt (Iust. Apol. I. c.  
 5, II. c. 5), sed angeli isti quorum  
 lapsus c. 7 (cf. ibid. n. 14) me-

moratur. Daniel (l. c. p. 188):  
 „Selbst die Dämonen — was ihr  
 darunter zu verstehen pflegt —  
 welche von der Materie genommen  
 und welche von der Weltseele be-  
 lebt worden sind, wurden üppig  
 und übermüthig. Zwar einige von  
 ihnen wandten sich zum Bessern,  
 die andern suchten sich einen nie-  
 drigern Standpunkt in der materiel-  
 len Welt und handelten demgemäss.“  
 Inde c. 16: Τούτους δὲ νικᾶν ἂν  
 τις θελήσῃ, τὴν ὕλην παραιτη-  
 σάσθω.

13. Τούτους . . . προσκυνεῖτε]  
 Adoratis hos daemones, quorum dux  
 Iuppiter est. Cf. c. 7. n. 10.



et gulosi evaserunt, alii quidem ad puriorem materiam conversi, alii autem viliores eligentes et ad eius similitudinem vitam instituentes. Hos adoratis, Graeci, factos quidem ex materia, longe autem a recto ordine remotos. Hi enim modo memorati, suâ stultitiâ ad inanem gloriam conversi, fraenis excussis latrones divinitatis fieri conati sunt; universorum autem dominus tamdiu illudere eos sivit dum mundus ad finem perductus dissolvatur, et iudex adveniat, et omnes homines, qui perfecti dei cognitionem, licet a daemonibus oppugnati, desiderant, perfectius propter certamina testimonium in die iudicii consequantur. Spiritus igitur est in stellis, spiritus in angelis, spiritus in plantis et aquis, spiritus in hominibus, spiritus in animalibus: quamvis vero unus et idem sit, habet tamen in se discrimina. Quumque haec disseramus non linguâ nec probabilibus rationibus aut sophistarum apparatu, sed divinius cuiusdam vocis sermonibus utamur: qui discere vultis festinate. Et qui Scytham Anacharsin non respuitis etiam nunc ne indignemini ab iis erudiri qui barbaricam disciplinam sequuntur. Dogmata nostra adsciscite, saltem ut Babyloniorum di-

14. *λησται θεότητος*] Quippe superbia impulsus daemones, dii Gentilium, divinum sibi cultum arrogabant. Pariter de hominibus c. 10 (cf. ibid. n. 8): *Τί μοι τὸν θεὸν σεσυλήκατε;*

15. *τ. τελειον θ.*] Vid. Daniel. l. c. p. 146.

16. *πνεῦμα ἐν ἀνθρώποις*] Scholion in marg. Par. 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): „Virgilius in VI<sup>o</sup>: *Spiritus intus alit totamque infusa per artus etc.*“ Aen. VI. 726. — *Διαφορὰς* animae mundi, quae statim memorantur, ad illius referas quantitatem in singulis materiae formis diversam; cf. n. 9. Ex

*αὐτῷ* (cf. c. 7. n. 7) Worthus efficit *αὐτῷ*.

17. *λόγοις*] Sic cum Par. 1 et Marano scripsi. Caeteri codd. msti et editores *λόγῳ*. — Mox pro *οἱ* Aet., Par. 2, Fris. (Gesner., Herold.) *οὗς οἱ*.

18. *Ἀνάχαρσιν*] Hunc Graeci valde admirabantur, ut cum inter septem sapientes numerarent. Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. I. p. 452. — Pro *μὴ* Gesner. et Herold. *καὶ* dederunt ex Fris.; is vero in marg. genuinam lectionem, reliquis codicibus probatam, offert. Deinde in codd. mstis et editis non *ἀναξιό-*



δόγμασιν ἡμῶν, <sup>19</sup> κἄν ὡς τῇ κατὰ Βαβυλωνίους προγνωστικῇ· κατακούσατε λεγόντων ἡμῶν, κἄν ὡς θρυὸς μαντευομένης. Καὶ τὰ μὲν <sup>20</sup> προειρημένα παραφόρων δαιμόνων ἐστὶν ἀντισοφιστεύματα, τὰ δὲ τῆς ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως.

13. <sup>1</sup> Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, θνητὴ δέ. Ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν.

παθήσῃτε („entrüstet euch nicht wie über etwas euch Unwürdiges,“ cf. Pape in Lex. s. v.) sed ἀξιόπαθήσῃτε inepte legitur, id quod Worthus ante me notavit. De βαρβαρικῇ νομοθεσίᾳ c. 1. n. 1 ad eas.

19. κἄν] Gesner. et Herold. pariter atque Fris., Aet. et Par. 2 μὴ addunt. In Par. 1 μὴ supra lineam scriptum est a recentiori manu. Male editores ante Maranum distinxerunt sic: κἄν... προγνωστικῇ κατακούσατε etc.: ita ut reponendum esset κἄν ὡς τῆς κ. Β. προγνωστικῆς, et claudio pede sequeretur κἄν ὡς θρυὸς μαντευομένης. — Babylonios supra (c. 1. n. 9) astronomiae inventores esse dixit; sed etiam astrologiam colebant et ex sideribus futura divinabant. Verbis κἄν ὡς θρυὸς μαντευομένης (Gesner.) „Dodonaicum oraculum insinuare videtur; aiunt enim ex Aegypto geminas columbas advolavisse, utramque nigram, unam in Africam, alteram in Dodonam, quae fago insidens humana voce elocuta sit. Est autem fagus de genere quercuum.“

20. προειρημένα] Scil. ἡ κατὰ Βαβ. προγνωστικῇ et θρυὸς μαντευομένη. Perperam interpretes: quae supra recensuimus. Sic

paullo ante οἱ γὰρ προειρημένοι sunt daemones modo memorati; coll. c. 10 τῆς προειρ. γυναικός, c. 18 τοὺς προειρημένους (sc. δαίμονας), c. 41 τῶν προειρημένων (septem sapientium). Inde etiam patet verba τὰ δὲ τῆς... καταλήψεως non (cum Daniele l. c. p. 228) referenda esse ad dogma quod c. 13 exponitur, sed respicere potius ad ea quae antecedunt (Χρησασθε τοῖς δόγμασιν ἡμῶν — κατακούσατε λεγόντων ἡμῶν) et generalem sententiam inferre. Iustinus Apol. II. c. 15: Οὐκ ἔστι δὲ ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κρίσιν σώφρονα αἰσγρά, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀνθρωπείου ὑπέρετρα.

1. Οὐκ ἔστιν... πεποιημένη] Locus difficillimus est; inde variae exstiterunt interpretationes. <sup>10</sup>. Scholiastes putavit Tatianum per mortalem animam intelligere vim illam qua animal consistat, animalibus cunctis communem, quae simul cum corpore pereat: non item rationalem facultatem (hanc enim excipi) a qua artes et disciplinae prodeant. Scholion in margine omnium codicum comparet: Ψυχὴ θνητῆ· τὴν ζωογόνον [Fris. et Aet. ζωολόγιον mendose] λέγει δύναμιν, ἧτις κοινὴ πάντων ζώων ἐστίν,



vinationem; aurem nobis dicentibus accommodate, saltem ut quercui vaticinanti. Sunt haec quidem quae modo memoravimus furentium daemonum praestigiae, nostra autem disciplina sublimior est quam ut eam mundus possit comprehendere.

13. Non est immortalis, Graeci, anima per se, sed mortalis. Potest tamen eadem non mori. Moritur enim et

ἡ καὶ συμφθίρεται τοῖς σώμασιν [Fris. αἰμασιν]· οὐ μέντοι καὶ [haec vocula in Fris. et Aet. omissa est] ἡ λογικὴ δύναμις [scil. θνητή]· αὕτη γὰρ ἐξήρηται, ἀφ' ἧς αἰτέχναι καὶ [Fris. et Aet. ἡ καὶ] ἐπιστήμαι προβάλλονται. Idem fere pronuntiavit Nourrius in Apparatu ad Bibl. Max. vett. Patrum P. I. p. 540. Iam Gesnerus contra scholiastam monuit: „Quamquam ipse Tatianus [c. 12] duo spirituum genera proponens alterum animam vocat, alterum animâ praestantius ad imaginem dei factum esse dicit: hoc loco tamen animam a nobiliore mente non satis distinguere videtur. Nam si animam non rationalem intelligit, cur de eadem dicit: τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ πεποιτημένη, quod solius rationalis est?“ 2<sup>o</sup>. Gesnerus censuit Tatianum hoc loco ψυχοπαννυχίαν docuisse, h. e. animas post mortem dormire. Quam doctrinam Tertullianus De anim. c. 58 reprobavit: „Quid ergo fiet in tempore isto? Dormiemus? At enim animae nec in viventibus dormiunt; corporum enim est somnus.“ Cf. Hagenbach *Lehrb. d. Dogmengesch.* (ed. 2) P. I. p. 198. Sed obstant evidenter illi sententiae verba θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος. 3<sup>o</sup>.

Worthus opinatus est in dogmate de anima Tatianum cum Iustino facere, eumque non animae immortalitatem denegare ex dei voluntate pendentem, sed naturae ipsius animae tributam. Exposuit quidem Martyr animam beneficio dei, non per se, immortalem esse (Dial. c. Tr. c. 5. n. 5), id vero Assyrius suae menti convenienter excoluit; atque ille, ut alias differentias (Semisch *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 464 sq.) mittam; animae et corporis discidium inducit, hic utramque hominis partem dicit (c. 15. n. 2. 9) arctissime consociatam esse. 4<sup>o</sup>. Ab editore Anglicano non dissidet Maranus, qui insuper contendit in toto hoc capite mortem animae non esse accipiendam de dissolutione sed de peccato ac vitioso rerum corporearum amore. At lubenter Tatianus (c. g. c. 14 — coll. c. 11. n. 9) voces θανάτου et (ἀπο)θνήσκειν significatione propria et metaphoricâ componit in una eademque enuntiatione; nec quidquam de verbis θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος editor Benedictinus curatius statuit. 5<sup>o</sup>. Morellus, Ducaeus (uterque in nota marginali), Oporinus (Histor. doctr. de immort. mortl. p. 345), Tellerus (Fid. dogm. de resurr. carn. p.



Θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος μὴ γινώσκουσα C  
τὴν ἀλήθειαν· ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον <sup>2</sup> ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ  
κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμ-  
βάνουσα. Πάλιν τε οὐ θνήσκει, κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ, <sup>3</sup> τὴν  
ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ πεποιημένη. Καθ' ἑαυτὴν γὰρ σκότος <sup>4</sup> ἐστίν,  
καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ φωτεινόν. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἄρα τὸ εἰρημέ-  
νον· <sup>5</sup> Ἡ σκοτία τὸ φῶς οὐ καταλαμβάνει. Ψυχὴ γὰρ οὐκ αὐ-22  
τῇ <sup>6</sup> τὸ πνεῦμα ἔσωσεν, ἐσώθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ, <sup>7</sup> καὶ τὸ φῶς τὴν  
3. Ἀκουσιλάου] Codd. msti et editi Ἰγρησιλάου. Sed illam lectionem reponendam esse observarunt Ionsius De scriptor. historiae philos. (Ien. 1716. 4) p. 24 et Sturzius Pherecydis fragmm. (ed. 2) p. 215.

4. τῆς ἐκείνου γλώττης] H. e. (Worth.) qui pariter atque Acusilaus in re mythica versatur. Marano subaudiendum videtur ἔνεκα.

5. Τί μοι... Τί δέ μοι] Ma-

ranus Τί δέ μοι... Τί μοι contra codd. fidem.

6. κατὰ Ἀριστόξενον] H. e. Aristoxeni instar. Is, discipulus Xenophili et Aristotelis, multa scripsit non solum philosophica sed etiam musica, ut librum (iam deperditum) περὶ ἀύλητων et περὶ ἀύλων καὶ ὀργάνων. Cf. Pauly l. c. p. 809. Antigenides autem (Thebanus) tibicen erat celeberrimus: Plin. Hist. nat. XVI. c. 36, Valer. Max. III. c. 7. §. 2, alii. Scholion in marg. Par. 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): Περὶ Ἀντιγενίδου Σουίδας πολλά.



τὰ μὴ ὀφέλιμα· καὶ ὑμεῖς ἢ πείσθητε τοῖς δόγμασι ἡμῶν, ἢ  
κατὰ τὸ ὅμοιον <sup>7</sup> τῶν ὑμετέρων ἡμῖν ἐκχωρήσατε. B

25. Τί μέγα καὶ θαυμαστὸν οἱ παρ' ὑμῖν ἐργάζονται φι- 11  
λόσοφοι; <sup>1</sup> Θατέρου γὰρ τῶν ὄμων ἑξαμελοῦσι, κόμην ἐπιειμέ-  
νοι πολλήν, πωγωνοτροφοῦσιν, ὄνυχας θηρίων περιφέροντες,  
καὶ λέγοντες μὲν δεῖσθαι μηδενός, <sup>2</sup> κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα σκυτο-  
δέψου μὲν χρῆζοντες διὰ τὴν πῆραν, <sup>3</sup> ὑφάντου δὲ διὰ τὸ ἰμά-  
τιον καὶ διὰ τὸ ξῖλον δρυοτόμου. διὰ <sup>4</sup> δὲ τὴν γαστριμαργίαν  
τῶν πλουτούντων καὶ ὄψοποιου. Ὡς ζηλῶν ἀνθρώπε τὸν κύνα,  
τὸν θεὸν οὐκ οἶδας· καὶ ἐπὶ τὴν <sup>5</sup> ἄλογον μίμησιν μεταβέβηκας·  
ὁ δὲ πεπραγῶς δημοσίᾳ μετ' ἀξιοπιστίας ἔπδικος γίνῃ <sup>6</sup> σουτοῦ,  
πᾶν μὴ λάβης λαιδορεῖς, καὶ γίνεται σοι τέχνη τοῦ πορίζειν τὸ C  
φιλοσοφεῖν. <sup>7</sup> Τοῖς Πλάτωνος ἔπη δόγμασι· καὶ ὁ κατ' Ἐπί-  
κουρον σοφιστευῶν διαπρύσιος ἀνδίδεταταί σοι. Πάλιν τε εἶναι  
θέλεις <sup>8</sup> κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην· καὶ τις κατὰ τὸν Δημόκριτον  
λαιδορεῖταιί σοι. Πυθαγόρας Εὐφορβὸς γεγενῆσθαί φησιν, <sup>9</sup> καὶ

— Frustra censuit Maranus „verba τὸν Θηβαῖον Ἀντιγενίδην aptius collocari posse post τὸν μυστικὸν ἀνλητήν.“

7. τῶν ὑμετέρων] Maranus legi vult τῶν ἡμετέρων = *vel nostra nobis similiter relinquitur*. Pariter interpres Campidonensis. Iam Daniel (*Tatian. d. Apol. p. 68*) improbat, sic transferens: *oder lasset von euren Lehren in gleichem Maasse fahren wie wir euch eingegeben!*

1. Θατέρου γὰρ etc.] Scholion in marg. Par. 1: *Τοὺς Κυνικοὺς λέγει. Cynici habitum corporis moresque negligebant: Lucian. Bis accus. c. 6, Conviv. cc. 13. 14. 35. 44, Augustin. De civit. dei XIV. c. 20. Cf. Brucker Histor. crit. philos. Tom. II. p. 496 sqq.. — Ad verba Θατέρου τῶν ὄμων ἑξαμε-*

*λοῦσι (nudum scil. habebant) Worthus haec observavit: „Cynici, qui et ἑξαμίαι saepius dicti sunt, pallium induebant humero dextro subiectum et in sinistrum coniectum, ante et retro duplicatum. Unde alterum humerum nudatum et exertum habebant, alterum duplicato pallii textu coopertum.“ Plura dedit Galtaker ad Marc. Anton. Τῶν εἰς ἐαντ. IV. §. 30. — Pro ἑξαμελοῦσι Aet. et Par. 2 ἑξαμελοῦσι, et in marg. ἑξαπλωσι.*

2. κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα] Cynicum dicit nomine Peregrinum, qui postea Protei cognomen accepit: Aul. Gell. Noct. Attic. XII. c. 11. Cf. Daniel *Tatian. d. Apol. p. 54* et Denzinger *Ueber d. Aechtheit d. bisher. Textes d. Ignat. Briefe* (Wirceb. 1849) p. 85 sq..

3. ὑφάντου] Par. 2 ὑφάντων.



et vos vel credite dogmatibus nostris, vel similiter nobis a vestris decedite.

25. Quid magnum et mirabile faciunt apud vos philosophi? Alterum enim humerum negligunt, comam demittunt multam, barbam alunt, ungues ferinos circumferunt, et quum nullius rei se dicant egere, tamen Protei more coriario indigent propter peram, textore propter vestem et lignario propter baculum, divitibus et coquo propter ingluviem. O canis aemulator homo, deum ignoras et ad irrationabilem imitationem declinas; qui publice cum auctoritate clamas ulcisceris te ipse, ac nisi acceperis convitiaris, et fit tibi ars lucrandi philosophia. Platonis dogmata sequeris: et Epicureus sophista tibi alta voce adversatur. Ac rursus Aristotelem vis sectari: et aliquis Democriti sectator tibi convitiatur. Pythagoras Euphorbum se fuisse

4. δὲ] Morell. et Worth. omiserunt.

5. ἄλογον] Fortasse (Maran.) ἀλόγων legendum, *belluarum*. — Praecedens τὸν κύνα accipias de cynico philosopho.

6. σαντοῦ] Act. αὐτοῦ.

7. Τοῖς Πλ. etc.] Editores ante Maranum inepte (c. Fris.) legebant et distinguebant sic: ... τὸ φιλοσοφεῖν τοῖς Πλ. ἐπὶ δόγμασι. Illud ἔπη, quod in Par. 2 deest, Par. 1 et Act. suppeditarunt. — Omnes Apologetae dissensiones philosophorum reprehendebant: Iustinus Cohort. ad Genl. c. 5. n. 7.

8. κατὰ τ. Ἀριστ.] Fris. in marg. addit τε εἰ.

9. καὶ τοῦ Φερεκ... τὴν ἀθανασίαν] Codd. msti et editi, verbis καὶ et ὁ δὲ Ἀριστοτέλης alieno loco positus, sic habent: ... φησιν, ὁ

δὲ Ἀριστοτέλης τοῦ Φερεκύδους [editt. praeter Maranum Φερεκύδου — sed vide c. 3] δ. κλ. ἐστίν [editt. inde a Morello ἐστὶ], καὶ τῆς ψυχῆς δ. τὴν ἀθανασίαν. Sed, ut Maranus recte monuit, duo maxima vilia insunt huic vulgatae scripturae. „1<sup>o</sup>. Aristotelem Pherecydis doctrinae haeredem facit. Id prorsus absurdum et veterum testimoniis repugnans, inprimis Tatiani, qui supra c. 3 non Aristotelem sed Pythagoram Pherecydis decretorum haeredem vocat. 2<sup>o</sup>. Non minus absurde Aristoteles Pherecydis imitator in exagitanda animae immortalitate diceretur, cum Pherecydes immortalis animae asseverandae princeps esse dicatur. Cf. Lactant. Institt. div. VII. c. 8. Dubium ergo non est quin legendum sit: ... φησιν, καὶ τοῦ Φερε... ἐστίν] ὁ δὲ





τοῦ Φερεκύδους δόγματος κληρονόμος ἐστίν· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τῆς ψυχῆς διαβάλλει τὴν ἀθανασίαν. Στρωσιώδεις δὲ ἔχοντες τῶν δογμάτων τὰς διαδοχὰς ἀσύμφωνοι <sup>10</sup> πρὸς τοὺς συμφώνους ἑαυτοῖς διαμάχασθε. <sup>11</sup> Σῶμά τις εἶναι λέγει θεόν, ἐγὼ δὲ ἀσώματον· ἄλυτον εἶναι τὸν κόσμον, ἐγὼ δὲ λυόμενον· <sup>12</sup> ἐκπύρωσιν ἀποβαίνειν κατὰ καιρούς, ἐγὼ δὲ εἰσάπαξ· κριτὰς εἶναι Μίνω D καὶ <sup>13</sup> Ραδάμανθυν, ἐγὼ δὲ αὐτὸν τὸν θεόν· <sup>14</sup> ἀπαθανατίζεσθαι μόνην τὴν ψυχὴν, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ σὺν αὐτῇ σαρκίον. Τί βλάπτομεν ὑμᾶς, ὧ ἄνδρες Ἕλληνες; Τί δὲ τοὺς <sup>15</sup> λόγῳ θεοῦ κατακολουθοῦντας καθάπερ μιαιρωτάτους μεμισήκατε; <sup>16</sup> Παρ' ἡμῶν 42 οὐκ ἔστιν ἀνθρωποφαγία· ψευδομάρτυρες οἱ πεπαιδευμένοι γεγόνατε· παρ' <sup>17</sup> ὑμῶν δὲ ὁ Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται, καὶ Ποσειδῶνος ἐρώμενος, καὶ Κρόνος τοὺς υἱοὺς ἀναλίσκει, καὶ ὁ Ζεὺς τὴν Μῆτιν καταπίνει.

26. Παύσασθε λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύοντες καὶ ὡσπερ 163 ὁ κολοῖδς <sup>1</sup> οὐκ ἰδίους ἐπικλοσμούμενοι πτεροῖς. Ἐκάστη πόλις ἐὰν

Ἀριστοτέλης τ. ψυχῆς etc.“ Idem statuerunt Wesseling Probabilium lib. singul. p. 99, Sturz Pherecydis Fragm. (ed. 2) p. 14, Daniel l. c. p. 227. — Paullo ante pro γεγενῆσθαι Fris. in marg. γεγονέναι. Pythagoras, quippe metempsychoseos dogma amplexus, quum aliorum tum illius quoque Euphorbi (Diog. Laert. VIII. c. 1. §. 4) personam gessisse iactavit. Cf. Sturz l. c. p. 208. Denique iam Gesnerus notavit: „Interpretes Aristotelici inter se dissentiunt, et adhuc sub iudice lis est [cf. Rixner *Handb. d. Gesch. der Philosoph.* P. I. p. 255 sq.], dum alii mortalem animam, alii immortalem Aristoteli creditam defendunt.“ Etiam Iustinus l. c. c. 6: Ἀριστοτέλης δέ, ἐντελέχειαν αὐτὴν ὀνο-

μάζων, οὐκ ἀθάνατον ἀλλὰ θνητὴν εἶναι λέγει.

10. πρὸς τοὺς συμφώνους ἑαυτοῖς] H. e. cum Christianis.

11. Σῶμα τ. εἶναι λ. θεόν] Scholion in marg. Par. 1: Τῶν Στωϊκῶν αὕτη ἡ δόξα. Etiam ea quae statim sequuntur ad Stoicos, imprimis Zenonem, pertinent. — C. 15: Ἄσαρκος... ὁ τέλειος θεός.

12. ἐκπύρωσιν . . . εἰσάπαξ] Scriptor idem dicit c. 6. p. 145. D (n. 1). Atque hoc est quod in Stoicis damnat, „non ipsam inflammationem; nam et Christianis proba haec sententia, sed sic modificata.“ Lipsius *Physiol. Stoic.* (Opp. ed. Antv. Tom. IV) p. 600. Cf. Baumgarten-Crusius *Compend. d. christl. Dog-*



ait, et Pherecydis doctrinae haeres est: Aristoteles vero exagitat immortalitatem animae. Vos autem, qui tumultuosas habetis dogmatum successiones, discordes cum concordibus pugnat. Est qui deum corpus esse dicat, ego incorporeum; mundum esse indissolubilem, ego dissolvendum; conflagrationem variis temporibus evenire, ego semel eventuram; iudices esse Minoem et Rhadamanthum, ego deum ipsum; immortalitate donari solam animam, ego carnem quoque cum anima. Quid vos laedimus, Graeci? Cur eos qui verbum dei sequuntur tanquam scelestissimos odistis? Carnem humanam non edimus; falsi testes estis qui edocti estis ut id diceretis, apud vos autem fit Pelops deorum coena, quamquam a Neptuno amatus, et Saturnus filios devorat, et Iuppiter Metin deglutit.

26. Desinito alienos sermones velut in triumpho ostentare et velut graculus pennis ornari non vestris. Unaquae-

menges. Tom. II (ed. Hase) p. 396.

13. *Ῥαδάμανθυν*] Morell., Duc., Worth. *Ῥαδάμανθον*, absque codd. matorum fide. De sententia adi c. 6 (n. 2).

14. *ἀπαθανατίζεσθαι . . . σαρκίον*] Cf. c. 13. n. 1 et Daniel l. c. p. 227.

15. *λόγῳ θεοῦ*] C. 26: *τῶν ὑμετέρων οὐκέτι ψαύομεν, θεοῦ δὲ λόγῳ κατακολουθοῦμεν*. Cf. c. 18. n. 9.

16. *Παρ' ἡμῖν . . . ἀνθρωποφωγία*] Hoc crimen (*Θυέστεια δειπνα*: cf. Justin. Apol. I. c. 26. n. 29) Christianis intentatum est ex prava coenae sacrae interpretatione. Cf. Epist. ad Diogn. c. 5. n. 8. Cae-

terum hoc tantum Orationis loco Tatianus (Daniel l. c. p. 216) ad illam coenam respicit. — Mox codd. msti et editi *οἱ ἐπιτηδευόμενοι* praebent pro *οἱ πεπαιδευμένοι*. Excipias Par. 1, ex quo unus Maranus genuinam lectionem reposuit, sic probans: „Huius calumniae inventores (*οἱ ἐπιτηδ.*, qui de industria id *fingitis*) non erant hi quos alloquitur Tatianus, sed eam ab aliis [Iust. Dial. c. 17. n. 5] traditam ac sine certo auctore et capite, sine argumentis [Apol. I. c. 23. n. 7] iactatam probabant; unde eos Tatianus, itidem ut falsos testes, edoctos et subornatos fuisse dicit.“

17. *ὑμῖν*] Herold. et Duc. *ἡμῖν*. 1. *οὐκ*] Herold. *οὐτι* (sic). Tum Par. 1 *ἐπικισμούμενος*. „Qui pro-



ἀφέληται <sup>2</sup> τὴν ἰδίαν αὐτῆς ἀφ' ὑμῶν λέξιν, ἑξαδυνατήσουσιν ὑμῖν τὰ σοφίσματα. Ζητοῦντες τίς ὁ θεός, <sup>3</sup> τὰ ἐν ὑμῖν ἀγνοεῖτε· κεχηνότες δὲ εἰς <sup>4</sup> τὸν οὐρανὸν κατὰ βαράθρων πίπτετε. <sup>5</sup> Λαβυρίνθοις εἰκόσασιν ὑμῶν τῶν βιβλίων αἱ ἀναθέσεις, οἱ δὲ ἀναγινώσκοντες τῷ πῖθῳ τῶν Δαναῖδων. Τί μοι μερίζετε τὸν χρόνον, λέγοντες τὸ μὲν τι εἶναι παρωχηκὸς αὐτοῦ, <sup>6</sup> τὸ δὲ ἐνεστὸς, τὸ δὲ μέλλον; Πῶς γὰρ δύναται παρελθεῖν ὁ μέλλον, εἰ ἔστιν ὁ ἐνεστὸς; Ὡσπερ δὲ οἱ ἐμπλέοντες τῆς νεῶς φερομένης οἴονται B διὰ τὴν ἀμαθίαν ὅτι τὰ ὄρη τρέχουσιν, οὕτω καὶ ὑμεῖς οὐ γινώσκετε παρατρέχοντας μὲν ὑμᾶς, ἐστῶτα δὲ τὸν αἰῶνα, μέχρις ἂν αὐτὸν <sup>7</sup> ὁ ποιήσας εἶναι θελήσῃ. Διὰ τί γὰρ ἐγκαλοῦμαι λέγων τὰ ἐμά, τὰ δὲ μου πάντα καταλύειν σπεύδετε; Μὴ γὰρ <sup>8</sup> οὐχ ὑμεῖς κατὰ τὸν ὁμοίον τρόπον ἡμῖν γεγένησθε, τῆς αὐτῆς τοῦ κόσμου διοικήσεως μετεληφότες; Τί φάσκετε σοφίαν εἶναι παρ' ὑμῖν μό- 43 νοις, οὐκ ἔχοντες ἄλλον ἥλιον οὐδ' ἀστέρων ἐπιφοιτήσεις καὶ γένεσιν διαφορωτέραν, θάνατόν τε παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἑξαίρετον; Ἀρχὴ τῆς φλυαρίας ὑμῖν <sup>9</sup> γεγόνασιν οἱ γραμ- C ματικοί, καὶ <sup>10</sup> οἱ μερίζοντες τὴν σοφίαν τῆς κατὰ ἀλήθειαν σοφίας ἀπετημήθητε, τὰ δὲ ὀνόματα τῶν μερῶν ἀνθρώποις προσε- νείματε· καὶ τὸν μὲν θεὸν ἀγνοεῖτε, πολεμοῦντες δὲ ἑαυτοῖς <sup>11</sup> ἀλλήλους καθαιρεῖτε. Καὶ διὰ τοῦτο πάντες οὐδέν ἐστε·

verbialem illum Graculum Aesopicum nescit quaerat in Chiliadibus Erasmi" (Gesn.).

2. τ. ἰδίαν αὐτῆς... λέξιν] Cf. c. 1. p. 142. B.

3. τὰ ἐν ὑμῖν] Par. 1 et 2 τίνα τὰ ἐν ὑμῖν, Aet. et Fris. τίνα τὰ ἐν ἡμῖν (sic quoque Par. 2 supra lineam). Gesner. et Herold. lectionem Frisiani exhibent; Morell., Duc., Worth. τὰ ἐν ἡμῖν (omisso τίνα), sed reddunt cum Gesnero: quid in vobis lateat. Maran. recte τὰ ἐν ὑμῖν.

4. τόν] Ex Par. 1 restitui.

5. Λαβυρ. etc.] Obscuritatem no-

tat scriptorum gentilium, v. c. Heracliti (c. 3). De verbis autem οἱ δὲ ἀναγιν. etc. componas proverbium in Chiliadibus Erasmi: „Cribro aquam haurire.“ — Pro βιβλίων Par 2 βίβλων.

6. τὸ δὲ ἐνεστὸς] Codd. msti et editi ἐνεστὸς. Maranus similem affert sententiam Eusebii De laud. Constant. c. 6, „ubi Eusebius docet aevum nec senescere nec interire, nec praesens apprehendi posse, nec praeteritum aut futurum. Praeteritum enim tempus non est, quippe quod iam transiit; futurum vero nondum adest, ac proinde non est



que civitas si propriam a vobis dictionem repetitum veniat; vestra vos deficient sophismata. Dum quaeritis quid sit deus, quid in vobis agatur ignoratis; in coelum hiantes in foveas deciditis. Similes sunt labyrinthis librorum vestrorum pertractationes, et qui eos legunt Danaidum dolio. Quid mihi tempus dividitis, dicentes aliud praeteritum, aliud praesens, aliud futurum? Quomodo enim futurum elabi possit, si praesens adest? Quemadmodum autem navigantes praeterlabente nave putant prae imperitia montes currere, ita vos quoque non perspicitis vos quidem praetercurrere, aevum vero stare, quamdiu ipsum esse voluerit qui creavit. Cur enim mea exponens incusor, et cur mea omnia evertere studetis? Nonne enim vos simili ac nos modo nati estis, eiusdem mundi administrationis participes? Cur sapientiam esse apud vos solos dicitis, quum non alium solem neque alios siderum ortus, vel originem praestantiorum et mortem praeter caeteros homines eximiam habeatis? Initium nugandi vobis fuerunt grammatici, et qui sapientiam dividitis a vera sapientia abscissi estis, et partium [eius] nomina hominibus attribuistis; ac deum quidem ignoratis, dum autem inter vos digladiamini vos invicem evertitis. Quocirca nihil prorsus estis omnes: quamvis ser-

omnino; praesens autem apprehendi non potest, quia simul cum ipsa cogitatione ac locutione elabitur." Vid. Daniel Tatian. d. Apol. p. 240.

7. ὁ] Ex Par. 1 (Duc.) repositus.

8. οὐχ] Ita Ducacus: caeteri οὐκ.

9. γεγόνασιν] In Par. 2 alia manu mulatum est in γέγονεν.

10. οἱ μερίζοντες τὴν σοφίαν] Loquitur de philosophiae divisione, circa quam occupantur philosophi, aliis aliter dividendum, aut forte de ipsa sectarum varietate, quae a suis

auctoribus denominantur, ut Aristotelici, Platonici, Epicurei: et hoc argumentum est illos non divinam, quae una et simplex est unicus deo adscribenda, sed humanam sapientiam et hominum inventa secutos. Gesnerus. — Iustinus Dial. c. Tr. c. 2: Τί ποτε δ' ἐστὶ φιλοσοφία... τοὺς πολλοὺς κέληθεν· οὐ γὰρ ἂν Πλατωνικοὶ ἦσαν οὐδὲ Στωικοὶ etc., μιᾶς οὐσίας ταύτης ἐπιστήμης. Οὐ δὲ χάριν πολύκερανος ἐγενήθη, θείω εἰπεῖν. Comp. locum quem ibi n. 4 laudavi.

11. ἀλλήλους] Sic Par. 1 et in



σφετερίζοντες μὲν τοὺς λόγους, διαλεγόμενοι δὲ καθάπερ τυφλὸς κωφῶ. <sup>12</sup> Τί κατέχετε σκεύη τεκτονικά, τεκταίνειν μὴ γινώσκοντες; <sup>13</sup> Τί λόγους ἐπαναιρεῖσθε, τῶν ἔργων μακρὰν ἀφεστῶτες, φυσώμενοι μὲν διὰ δόξης, ἐν δὲ ταῖς συμφοραῖς ταπεινούμενοι; Παρὰ λόγον <sup>14</sup> καταχρᾶσθε τοῖς σχήμασι· δημοσίᾳ μὲν γὰρ πομπεύετε, <sup>15</sup> τοὺς δὲ λόγους ἐπὶ τὰς γωνίας ἀποκρύπτετε. Τοιούτους ὑμᾶς ἐπιγνόντες καταλελοίπαμεν, καὶ τῶν ὑμετέρων οὐκέτι ψαύομεν, θεοῦ δὲ λόγῳ κατακολουθοῦμεν. Τί γὰρ, ἄνθρωπε, <sup>16</sup> τῶν γραμμάτων ἐξαρτύεις τὸν πόλεμον; Τί δὲ ὡς ἐν πυγμαῖ συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις αὐτῶν <sup>17</sup> διὰ τῶν Ἀθηναίων ψελλισμῶν, δέον σε λαλεῖν φυσικώτερον; Εἰ γὰρ ἀττικίζεις οὐκ ὡς Ἀθηναῖος, λέγε μοι τοῦ μὴ δωρίζειν τὴν αἰτίαν. Πῶς τὸ μὲν εἶναι σοι δοκεῖ <sup>18</sup> βαρβαρικώτερον, τὸ δὲ πρὸς τὴν ὁμίλιαν <sup>19</sup> ἰλαρώτερον;

27. Εἰ δὲ σὺ τῆς ἐκείνων ἀντέχῃ παιδείας, τί μοι δόξας αἰρουμένῳ δογμάτων ὧν θέλω διαμάχη; <sup>1</sup> Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τὸν μὲν ληστὴν διὰ τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα <sup>2</sup> μὴ κολλάζειν, πρὶν ἢ τὰληθῆς ἐπ' ἀκριβείᾳ καταμανθάνειν, ἡμᾶς δὲ προλήμματα λοιδορίας ἀνεξετάστῳ μεμισηκέναι; <sup>3</sup> Διαγόρας Ἀθη-

marg. Fris., Duc. et Maran.; reliqui ἀλλήλοις.

12. Τί κατέχετε σκεύη τ.] Ad-dit expegesin. Quid effutitis multa verba et dicendi artes colitis? Haec instrumenta tantum sunt verae sapientiae, quae non in verbis tantum sed rebus et sapienter factis consistit. Gesnerus.

13. Τί λόγους etc.] Iust. Cohort. ad Gent. c. 35: οὐ γὰρ ἐν λόγοις ἀλλ' ἐν ἔργοις τὰ τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας πράγματα. Alhenag. Suppl. p. Christ. c. 33: οὐ γὰρ μελέτη λόγων ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα. — Act. ἐφεστῶτες pro ἀφεστῶτες.

14. καταχρᾶσθε] Herold. καταχρᾶσθαι.

15. τοὺς... ἀποκρύπτετε] Quum Tatianus opponat philosophorum in angulis disputationes superbae in publicum prodioni, liquet eum loqui de doctrina, quam philosophorum plerique instar mysterii occultam tenebant. Vide Synesium Ep. 142. Maranus. — Philosophi enim, ut laterent, solebant angulos petere: unde ψιθυρίζειν ἐν γωνία (Plat. Gorg. p. 485. D, Themist. Or. 22) dicebantur. Praeter necessitatem Worthus pro ἀποκρύπτετε admisit ἀποκηρύττετε.

16. διὰ τ. Ἀ. ψελλισμῶν] No-



mones vobis quasi proprio iure vendicetis, tamen disseritis velut caecus cum surdo. Cur tenetis instrumenta fabricilia, qui fabricari non scitis? Cur sermones profitemini, qui ab operibus longe distatis: gloriâ nimirum inflati, in calamitatibus autem demissi? Actiones vestrae speciem habent a ratione alienam; nam in publico cum pompa inceditis, sermones autem in angulis occultatis. Missos vos fecimus quum tales cognosceremus, neque iam vestras res attingimus, sed verbum dei sequimur. Cur enim, o homo, literarum bellum excitas? Cur earum pronuntiationes ut in pugillatu attice balbutiendo collidis, quum te magis apte ad naturam loqui deceret? Nam si, quum Atheniensis non sis, atticissas, dic mihi cur non dorice loquaris. Quomodo hoc tibi asperius videtur, illud hilarius ad colloquium?

27. Quodsi te istorum tenet eruditio: cur mihi dogmatum quae mihi placent opiniones eligenti bellum indicis? Quomodo enim non absurdum est latronem quidem propter illud nomen cuius accusatur non puniri, antequam veritas diligenter explorata fuerit, nos autem per anticipatam ex convitiis sine examine opinionem odio haberi? Dia-

tal contractam vocum pronuntiationem. — Antea pro συγκρούεις Act. συγκρούσεις.

17. βαρβαρικώτερον] Βάρβαρος hic dicitur de sermone aspere sonante. Sic βαρβαρόφωνος apud Homerum (Il. II. 867) legitur. Plurimumque illud vocabulum aliter usurpatur: c. 1. n. 1.

1. Πῶς γὰρ etc.] Iustinus Apol. I. c. 4: Ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μὴ τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται. Καὶ γὰρ τοὺς κατηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμῶρεϊτε, ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα

ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε. Adde Athenag. Supplic. p. Christ. c. 2 et Tertullian. Apolog. c. 2.

2. μὴ] Act. καί.

3. Διαγόρας] Hic, teste Suida s. v., ἄθεος fuit, ac mysteria sic contempsit ut etiam ea sectantes averteret; quare Athenienses talentum iis polliciti sunt qui eum interfecissent. Quod Φρυγίους Diagorae λόγους attinet, Vossius (De histor. gr., ed. Westerm., p. 13) putat illos tractasse eorum historiam quae ad Cybelen, matrem Phrygiam, pertinebant: ut homines a sacris eius detererentur. Quare apud Suidam λόγοι ἀποπυργίζοντες vocantur: istam



ναῖος ἦν, ἀλλὰ τοῦτον ἐξορησάμενον τὰ παρ' Ἀθηναίοις μυστήρια τετιμωρήκατε· καὶ τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις ἐντυγχάνοντες ἡμᾶς μεμισήκατε. <sup>4</sup> Λέοντος κεκτημένοι τὰ ὑπομνήματα πρὸς τοὺς ἀφ' ἡμῶν ἐλέγχους δυσχεραίνετε· καὶ τὰς περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν δόξας <sup>5</sup> Ἀπίωνος ἔχοντες παρ' ἑαυτοῖς ὡς B ἀθεωτάτους ἡμᾶς ἐκκηρύττετε. Τάφος τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καθ' ὑμᾶς δείκνυται, <sup>6</sup> κἂν ψεύδεσθαι τις τοὺς Κρητὰς λέγη. Τῶν πολλῶν <sup>7</sup> θεῶν ἡ ὁμήγουρις οὐδὲν ἐστὶ. Κἂν ὁ καταφρονῶν αὐτῶν Ἐπίκουρος δαδουχῆ, τοὺς ἄρχοντας οὐδὲν πλέον τοῦ θεοῦ κατάληψιν ἦν ἔχω περὶ τῶν ὅλων ταύτην οὐκ ἀποκρύπτομαι. <sup>8</sup> Τί μοι συμβουλευεῖς ψεύσασθαι τὴν πολιτείαν; Τί δὲ λέγων θανάτου καταφρονεῖν <sup>9</sup> διὰ τέχνης φεύγειν αὐτὸν καταγγέλλεις; <sup>10</sup> Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω καρδίαν ἐλάφου· τὰ δὲ τῶν ὑμετέρων λό- C

enim deam veteres turrigeram repraesentabant. Haud dubie autem in illis libris fabulae quoque descriptae erant aliorum numinum a Graecis e Phrygia receptorum. Cf. Mounier Disput. de Diagora Melio (Rotterod. 1838) p. 83 sqq. . Diagoras autem et, qui statim memorantur, Leo Pellaeus et Apio grammaticus hanc deorum refellendorum viam sequebantur, ut eos vel homines esse (Arnob. adv. nat. IV. c. 29) probarent vel ad physicas rationes (Euseb. Praepar. ev. III. c. 1) revocarent. — Sensus: Vos, quamquam Diagoram ob impietatem sacrilegam damnavistis, tamen Phrygios eius libros legitis; id sane facitis: atqui infensum in nos animum non abiicitis. Maranus autem, ab Abbate de Monsoury (cf. c. 1. n. 20) monitus, pro τετιμωρήκατε commendavit τετιμήκατε. „Diagoram Atheniensem, quamvis mysteria evulgaverit, in pretio habetis; et qui Phrygios illius

libros legitis nos odio habetis.“ In Par. 1 et 2 non ἐντυγχάνοντες sed ἐντυγχάνοντας errore comparat.

4. Λέοντος] Is Αἴγυπτιακὰ (Hygin. Poett. astron. II. 20) sive περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν (Clem. Alex. Strom. I. c. 21. §. 106) scripsit. A Tertulliano De coron. milit. c. 7 Aegyptius et ab Arnobio I. c. Pellaeus appellatur. Adeas Westermannum ad Vossium I. c. p. 462. n. 5. — Ergo (Worth.): Leonis sc. falsorum numinum ἐλέγχους (coll. quae n. 3 monui) lubenter legitis, Christianorum vero ἐλέγχους aegro animo fertis.

5. Ἀπίωνος] Sic recte omnes codd. msti et editi. Unus Maranus Ἀππίωνος (Justin. Cohort. ad Gent. c. 9. n. 9) dedit. Ille Apion infra c. 38 ὁ γραμματικὸς et ἀνήρ δοκιμώτατος (cf. Voss. I. c. p. 235) appellatur, qui Aegyptiacorum libros quinque scripserit: ad quos Tatianus hic respicit. Cf. Schliemann



goras Atheniensis erat, sed ei poenam irrogastis quod Atheniensium mysteria evulgasset: et qui Phrygios illius libros legitis odio nos habetis. Qui Leonis commentarios servatis moleste fertis nostras redargutiones; et qui Apionis de diis Aegyptiis opiniones apud vos habetis nos tamquam impiissimos relegatis. Sepulcrum Olympii Iovis apud vos monstratur, licet quidam Cretenses mentiri dicat. Nihil est illa multitudinis deorum congregatio. Quamvis contemtor eorum Epicurus taediferi munere fungatur, principes non diutius celo quam de deo eiusque universorum principatu cognitionem habeo. Cur mihi auctor es ut meum institutum mentiar? Et qui mortem a te contemni dicis cur hortaris ut eam astute declinem? At ego cor cervi non habeo: ve-

*Die Clementinen* etc. (Hamb. 1844) p. 111 sqq. — Mox ἐκκηρύσσετε vulgo pro ἐκκηρύττετε (cf. c. 1. n. 15) legitur; sic paullo infra (p. 164. C) recte κηρύττουσιν exstat.

6. κἄν ψ. τις τ. Κρ. λέγῃ] Cretensium vanitas de Iovis apud se sepulcro, multaque id genus mentientium, in vulgi fabulam abiit. *Gesnerus*. — Illi potissimum idcirco ψεύσται vocabantur quod iactarent sepulcrum apud se esse Iovis, quem reliqui Graeci esse putabant immortalem deorum patrem. Callimachus, ad quem Tatianus pronomine τις videtur respicere, Hymn. in Iov. v. 8 sq. (coll. Athenag. Supplic. p. Christ. c. 30):

Κρητες ἀεὶ ψεύσται· καὶ γὰρ τᾶ-  
φον, ὦ ἄνα, σείο

Κρητες ἐτικτῆναντο· σὺ δ' οὐ  
θάνατος· ἔσσι γὰρ αἰεὶ.

Etiā Epimenides περὶ χρησμῶν fertur cecinisse: Κρητες ἀεὶ ψεύ-

σται. Plura dabunt recentiores interpretes *Epist. ad Tit.* 1, 12.

7. θεῶν ἢ ὀμήγουρις] Formula Homero usitata (*Il.* XX. 142). — Interpunctio debetur Marano; caeteri sic: ... οὐδὲν ἔστι, κἄν... δαδουχῆ τοὺς ἄρχοντας. οὐδὲν πλέον etc.. *Worthus*: „Innuil hoc loco *Tatianus Epicurum*, sicuti et alios philosophos, coactum solummodo poenae metu populari sententiae se accommodasse et hinc numerosam deorum turbam non manifeste denegasse.“ Cf. *Iustin. Cohort. ad Gent.* c. 20. n. 1.

8. Τί μοι σ. ψ. τ. πολ.] Cf. *Daniel Tatian. d. Apol.* p. 17.

9. διὰ τέχνης] Cf. *Iustin. Apol.* I. c. 28. n. 5.

10. Ἐγὼ etc.] Minime tam ignavus sum (*Hom.* II. I. 225: κραδίην ἐλάφοιο ἔχων) ut mortem timeam. *Thersites ἀμετροεπῆς* apud *Homerum* (*I. c.* II. 212) dicitur.





γων ἐπιτηδεύματα κατὰ τὸν ἀμετροεπῆ Θερσίτην γίνεται. Πῶς 45  
 πεισθήσομαι <sup>11</sup> τῷ λέγοντι μύδρον τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην  
 γῆν; Τὰ γὰρ τοιαῦτα λόγων ἐστὶν ἄμιλλα καὶ οὐκ ἀληθείας δια-  
 κόσμησις. Ἡ πῶς οὐκ ἠλίθιον <sup>12</sup> πείθεσθαι τοῖς Ἡροδώρου  
 βιβλίοις περὶ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου, γῆν ἄνω κηρύττουσιν,  
 κατεληλυθέναι τε ἀπ' αὐτῆς λέοντα τὸν ὑφ' Ἡρακλέους φονευθέν-  
 τα; Τί δ' ἂν ὠφελήσειε λέξις Ἀττικῆ καὶ φιλοσόφων σωρεία καὶ  
 συλλογισμῶν πιθανότητες καὶ μέτρα γῆς καὶ ἄστρων θέσεις καὶ  
 ἡλίου δρόμοι; Τὸ γὰρ περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν νομο-  
 θετοῦντός ἐστιν ἔργον ἑαυτοῦ τὰ δόγματα. D

28. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς παρ' ὑμῖν κατέγνωσιν νομοθεσίας.  
 Μίαν μὲν γὰρ ἐχρῆν εἶναι καὶ κοινὴν ἀπάντων τὴν πολιτείαν·  
 νυνὶ δὲ ὅσα γένη πόλεων τοσαῦται καὶ τῶν νόμων θέσεις, ὡς  
 εἶναι τὰ παρ' ἐνίοις αἰσχρὰ παρά τισι σπουδαῖα. Νομίζουσι γοῦν  
 Ἕλληνας φευκτὸν εἶναι τὸ <sup>1</sup> συγγίνεσθαι μητρὶ, κάλλιστον δὲ τὸ  
 τοιοῦτόν ἐστιν ἐπιτήδευμα παρὰ τοῖς Περσῶν μάγοις· <sup>2</sup> καὶ παι-  
 δεραστία μὲν ὑπὸ βαρβάρων διώκεται, προνομίαις δὲ ὑπὸ Ῥω- 165  
 μαίων ἡξίεται, παίδων ἀγέλας ὥσπερ ἵππων φορβάδων συναγεί-  
 ρειν αὐτῶν πειρωμένων.

29. Ταῦτα οὖν ἰδὼν, ἔτι δὲ καὶ <sup>1</sup> μυστηρίων μεταλαβὼν, 46  
 καὶ τὰς παρὰ πᾶσι θρησκείας δοκιμάσας <sup>2</sup> διὰ θηλυδριῶν καὶ ἀν-  
 δρογύνων συνισταμένας, εὐρῶν δὲ παρὰ μὲν Ῥωμαίοις <sup>3</sup> τὸν κατ'  
 αὐτοῦς Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν

11. τῷ λέγ. μύδρον τὸν ἥλιον] — Tum Ael. non βιβλίοις sed βί-  
 Intelligit Anaxagoram, qui solem  
 μύδρον διάπυρον (Diog. Laert. II.  
 c. 3. §. 4. 9) vocavit. Cf. Rein-  
 hold *Gesch. d. Philos.* Tom. I (Ien.  
 1845) p. 45 sq..

12. πείθεσθαι] Sic Par. 1. 2,  
 Duc. et Maran.; reliqui πιθέσθαι.  
 — Pro Ἡροδώρου codd. msti et  
 editi inepte praebent Ἡροδότου. Cf.  
 Pauly *Real-Encyclopaedie d. class.*  
*Allerthumswiss.* Tom. III. p. 1241.

— Tum Ael. non βιβλίοις sed βί-  
 βλοῖς offert.

1. συγγίνεσθαι] Par. 2 συγγε-  
 νέσθαι. — De Persarum more hic  
 memorato cf. Clement. Alex. Strom.  
 III. c. 2. §. 11 et Tertullian. Apo-  
 log. c. 9.

2. καὶ] Herold. omisit. Tum  
 pro vulg. προνομίας rescripsi ex  
 Par. 1. 2 προνομίαις. Sic ἀξιοῦν  
 τινα προσφθέγγασι apud Aeschyl.  
 Agam. 877 legitur. De formula ὑπὸ



strarum autem literarum studia loquacissimum Thersiten imitantur. Quomodo credam dicenti solem esse massam ignitam lunamque terram? Haec enim verborum pugna sunt neque veritatis illustratio. Aut quomodo non stultum est Herodori de Herculis historia libris credere, terram superiorem praedicantibus, et inde delapsum leonem quem Hercules occidit? Quid enim profuerint stilus atticus et philosophorum sorites et syllogismorum probabilitates et mensurae terrae et astrorum positiones et solis cursus? Eiusmodi enim quaestionibus occupari hominum est sibi dogmata instar legis imponentium.

28. Quapropter vestras quoque legum institutiones contemsi. Unam enim oportebat esse et communem omnium vivendi normam; nunc autem quot civitates tot legum institutiones, ita ut quae apud nonnullos turpia sunt apud alios sint praeclara. Videtur nimirum Graecis fugiendum coniungi cum matre, praeclarissimum vero id habetur institutum apud Persarum magos; ac puerorum amor a barbaris damnatur; praerogativis vero a Romanis honorata est, qui puerorum greges instar equorum gregalium cogere student.

29. Haec quum vidissem, praeterea vero etiam mysteriorum particeps factus essem, ac varias ubique religiones explorassem quae ab effeminatis et androgynis procurantur, quumque reperissem apud Romanos Latiarem eorum Iovem

βαρβάρων... ὑπὸ Ῥωμαίων c. 1. ne in scenam quidem prodire liceat. n. 1 consulas. — De sententia cf. Maranus. — Cf. c. 8. n. 9. Iustin. Apol. I. c. 27. n. 3.

1. μυστηρίων] Procul dubio Eleusinia intelligit, quae κατ' ἐξοχήν Mystera dicebantur. Lobeck in Aglaophamo (Tom. I. p. 197) scripsit τῶν μυστηρίων.

2. διὰ θηλυδρ. etc.] Observat Augustinus libro VI de civ. dei sacra committi infamibus gallis, quibus Corp. Apoll. Vol. VI.

3. τὸν κατ' αὐτοὺς Λατ. Δία] Par. 1, Aet., Fris. corrupte τὸν κατὰ τοὺς Λατιάριον Δία. Sic Gesner. quoque et Herold.; caeteri editores, ut Par. 2, corrupta verba κατὰ τοὺς eiecerunt. Sed recte Henr. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 108) iussit κατ' αὐτοὺς (cf. c. 34 τῇ κατὰ Ῥωμ. συλ) re-



ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον, Ἄρτεμιν δὲ <sup>4</sup> οὐ μακρὰν τῆς μεγάλης πόλεως τῶν αὐτῶν πράξεων ἐπανηρημένην τὸ εἶδος, <sup>5</sup> ἄλλον τε ἀλλαγῆ δαίμονα κακοπραγίας ἐπαναστάσεις πραγματευόμενον, κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος ἐξήτουν ὅτω τρόπῳ τάληθές ἐξευ- B ρεῖν <sup>6</sup> δύνωμαι. <sup>7</sup> Περινοοῦντι δέ μοι τὰ σπουδαῖα συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς, πρεσβυτέραις μὲν ὡς πρὸς τὰ Ἑλλήνων δόγματα, θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων πλάνην· καὶ μοι πεισθῆναι ταύταις συνέβη διὰ τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον καὶ τῆς τοῦ παντός ποιήσεως τὸ εὐκατάληπτον καὶ τῶν μελλόντων τὸ προγνωστικὸν καὶ τῶν παραγγελμάτων τὸ ἐξαισίον καὶ τῶν ὅλων τὸ μοναρχικόν. Θεοδιδάκτου δέ μου γενομένης τῆς ψυχῆς συνῆκα ὅτι <sup>8</sup> τὰ μὲν **47** καταδίκης ἔχει τρόπον, τὰ δὲ ὅτι λύει τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν, C καὶ ἀρχόντων μὲν πολλῶν καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ τυράννων, <sup>9</sup> δίδωσι δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπερ μὴ ἐλάβομεν, ἀλλ' ὅπερ λαβόντες ὑπὸ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν.

30. Τούτων οὖν τὴν κατάληψιν μεμνημένος καὶ <sup>1</sup> πεπονημένος βούλομαι καθάπερ τὰ νήπια τῶν βρεφῶν ἀποδύσασθαι.

ponendum esse: atque ita Par. 2 in marg. suppeditat. — Scholion in marg. Par 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): „Staius [? Lucanus Phars. 1, 196]: Et residens celsa Laliaris Iup[er]iter Alba.“ De cruento Iovis Laliaris cultu exposui ad Iustini Apol. II. c. 12. n. 9.

4. οὐ μακρὰν τῆς μεγάλης πόλεως] H. e. non procul Romā (haec enim est *μεγάλη πόλις* — cf. c. 19. n. 5), nempe Ariciae. Pariter scholiastes in marg. Par. 1 (vide et supra n. 3) explicuit, Ἄρτεμιν intelligens de „Diana Aricina.“ Idem statuerunt Scaliger in Euseb. p. 56 et Thirlbius ad Iust. Apol. II. p. 128. De cultu Dianae Aricinae plura legas in Erschii et Gruberi *Allg.*

*Encyclop. d. Wiss. u. Künste*, P. V (Lips. 1820), p. 238. Male Wortius indicatam putavit Hymniam Dianam, cuius templum non procul Megalopoli erat; sed sanguine non colebatur humano. — Lobekio l. c. τὸ εἶδος displicuit: maluit τὸ αἷσχος. Etsi non mala, non tamen necessaria emendatio. Itidem scriptor saepius vocem istam ad notionem amplificandam adhibet: cc. 14 (τῆς ἀμαρτίας τὰ εἶδη), 17 (τῆς κακίας εἶδος), alibi. Cf. Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 29.

5. ἄλλον τε ἀ. δαίμονα] Non solum Iovi et Dianae sed Saturno quoque sacrificabatur humano sanguine, potissimum in Latio. Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Al-*



cruro humano et sanguine ex homicidiis delectari, Dianam autem non procul magna urbe similes actiones profiteri, et alium alibi daemonem malorum facinorum auctorem fieri: in me ipsum descendens inquisivi quomodo verum invenire possem. Quum autem animum per optima quaeque versarem, contigit mihi ut in quosdam libros barbaricos inciderem, antiquiores quam ut cum Graecorum placitis, diviniore quam ut cum eorum errore conferri possint; et mihi evenit ut his fidem haberem propter dictionis humilitatem et scriptorum simplicitatem et universi creationis explicationem captu facilem et futurorum praecognitionem et praeceptorum excellentiam et singularem universorum principatum. Itaque animam meam divinitus edoctam intellexi ista quidem ad condemnationem ducere, hanc autem servitutem quae in mundo est dissolvere, et a multis principibus et infinitis tyrannis nos abstrahere, et nobis dare non quidem novum quoddam, sed quod acceptum retinere per errorem nequivimus.

30. Horum igitur cognitione initiatus et instructus statui errorem tamquam nugas infantium abiicere. Nequitiae enim

*terthumswiss.* Tom. VI. p. 431 et 835. Maranus sic transtulit: *et aliorum alibi daemonum molitione multa nefarie fieri.*

6. δύνωμαι] Sic Stephani (l. c.) monitu edidi pro vulg. δύναμαι.

7. Περινοούντι etc.] Iustinus Dial. c. Tr. c. 8. n. 3. — De formula γραφαὶ βαρβαρικά c. 1. n. 1 consulas.

8. τὰ μὲν... τὰ δὲ] H. e. scripta Gentilium... sacra scripta Christianorum. Illa ad damnationem nos ducunt, haec liberant a praestigiis daemonum. Cf. c. 8 sqq..

9. δίδωσι δὲ etc.] Necessae enim est ut anima cum spiritu divino coniungatur: qua quidem coniunctione

pristinus revocatur protoplastorum status. C. 12. n. 1 et alibi. C. 15: Δυνατὸν δὲ παντὶ τῷ νενηκῆμένῳ πάλιν νικᾶν. Id quomodo fieri possit, docent sacrae Christianorum (Vet. Test.) scripturae. — Pro ἐλάβομεν Act., Par. 2, Fris. ἐλάνομεν. Hoc Gesner. quoque et Herold. habent, sed ille veram lectionem coniectatione assecutus est. Scholion in marg. Par. 1 ad hunc locum: Τοῦτο τοῦ θεσπεσίου Παύλου καὶ οὗτος συνηγορεῖ, λέγοντος [Rom. 1, 18] τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν ἀδικίᾳ κατέχειν Ἕλληνας.

1. πεποιημένος] Morell., Duc., Worth. πεπεισμένος, quae est con-



Τὴν γὰρ τῆς πονηρίας σύστασιν ἰοικυῖαν τῇ τῶν βραχυτάτων σπερμάτων ἴσμεν· ἅτε διὰ μικρᾶς ἀφορμῆς <sup>2</sup> τούτου κρατυνθέντος, πάλιν δὲ αὖ λυθησομένου, ἡμῶν πειθομένων <sup>3</sup> λόγοις θεοῦ D καὶ μὴ σκορπιζόντων ἑαυτούς. <sup>4</sup> Διὰ τινος γὰρ ἀποκρύφου θησαυροῦ τῶν ἡμετέρων ἐπεκράτησεν, ὃν ὀρύττοντες <sup>5</sup> κονιορτῶ μὲν ἡμεῖς ἐνεπλήθηνεν, <sup>6</sup> τούτῳ δὲ τοῦ συνεσιάναι τὴν ἀφορμὴν παρέχομεν. Τὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν ἀποδεχόμενος κτῆμα τοῦ πολυτιμοτέρου πλοῦτου τὴν ἐξουσίαν ἐχειρώσατο. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἡμῶν οἰκίους εἰρήσθω. Πρὸς δὲ ὑμᾶς τοὺς Ἑλληνας τί ἂν ἕτερον, ἢ τὸ μὴ τοῖς κρείττοσι λοιδορεῖσθαι, μηδὲ εἰ <sup>7</sup> βάρβαροι λέγοντο ταύτην λαμβάνειν τῆς γλεῦθς τὴν ἀφορμὴν; Τοῦ γὰρ πάντας ἀλλήλων ὑπακούειν τῆς διαλέκτου μὴ δύνασθαι 166 τὴν αἰτίαν εὔρειν, <sup>8</sup> ἣν ἐθέλητε, δυνήσεσθε· ἐξετάζειν γὰρ <sup>9</sup> βουλομένοις τὰ ἡμέτερα ραδίαν καὶ ἄφθονον ποιήσομαι τὴν διήγησιν.

iectura Gesneri. Sed cf. c. 13: τὴν ἐπὶ γνῶσιν τοῦ θεοῦ πεποιτημένη. Sensus: Sacris institutus scripturis (c. 29. n. 9) istum errorem gentilem, a daemonibus inductum (c. 29. n. 8), ceu pueriles nugas abiecti; arcet enim a societate cum spiritu dei ineunda. Antea (c. 29): ὅπερ λαβόντες ὑπὸ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν. Comp. paullo supra: συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν...θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων (Gentilium) πλάνην. Sic ἀποδύεσθαι metaphoricè Lucianus (τρυφήν) Cat. 16 usurpavit. Worthus, supplendo ἐκεῖνα, interpretatus est: *animum induxi Gentilium libros tamquam nugas pueriles abiicere*. Prorsus falso Gesnerus: *improbitalatem pristīnam exuere volo ut nudus et infantibus similis reddar*. Pariter Maranus, quocum interpretes Campid.

facit: *volo instar puerorum infantium exui et nudari*.

2. τούτου] Sic codd. msti, Gesner., Herold., Maran.. Par. 1 in marg.: *λείπειν δοκεῖ*. Gesnerus pro τούτου coniecit τοῦ πονηροῦ, id quod Morell., Duc., Worth. textui inseruere. Inde Daniel (*Tatian. d. Apol. p. 212*), omnino contra codices, effecit τούτου πονηροῦ. Illud autem τούτου, quum τῆς πονηρίας praecedat, negligenter dictum est pro τοῦ πονηροῦ, quod quidem non de diabolo (Maran., Daniel l. c.) sed de nequitia interpretor, cuius isti daemones (μύριοι τύραννοι c. 29) sunt auctores. Vult enim scriptor dicere: Religionem sum christianam amplexus, nequitia Gentilium abiectā; quam nequitiam, quamvis in me altius radices ceperit, radicibus tamen evelli. Etenim nequitia similis est semini: radices quidem im-



naturam minimorum seminum naturae similem esse scimus: quippe quum ex parvis momentis ista corroborata sit, rursus tamen dissolvetur, si fidem habeamus verbis dei neque nos ipsi dissipemus. Ope enim cuiusdam *occulti thesauri* deus bona nostra sibi asserit, quem dum fodimus pulvere quidem impleti sumus, ut autem fixus nobis maneat efficiamus. Qui enim totum hunc thesaurum possidet pretiosiores divitias nactus est. Atque haec quidem nostris dicta sint. Vobis autem Graecis quid aliud dicam, nisi ut ne melioribus convitium faciatis, neve, si barbari dicuntur, inde ansam arripiatis cavillandi? Nam cur alii aliorum linguam invicem intelligere non possint, causam, si cupitis, cognoscere poteritis; vobis enim, nostra inquirere si velitis, facilem et copiosam narrationem instituam.

pulsu daemonum in nobis agit et crescit; sed rursus potest tolli, dummodo omnibus viribus verba dei (λόγους Θεοῦ) amplectamur. Deus enim thesaurum (in agro) reconditum nobis in scripturis sacris (cf. n. 4) offert: quem ut accipiamus, requirit omnia quae habemus. Nec sine magno labore egregius ille thesaurus effoditur; sic vero consequimur ut firmiter eum obtineamus: et qui integram eius possessionem adepti sunt divitias in manu habent multo pretiosiores istis quas reliquerunt.

3. λόγοις Θεοῦ] Ael. et Fris., Gesner. et Herold. λόγων Θεοῦ. Ille autem editor veram (Par. 1. 2) scripturam coniecit.

4. Διὰ τ. γ. ἀποκρύφου θησαυροῦ etc.] Haec verba spectant ad parabolam ap. Matth. 13, 44 narratam. Quae quidem solis Christianis cognita erat; sed paullo post

admonet: Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἡμῶν οἰκτιροῦς (christianae religionis consortes) εἰρήσθω. — Maranus verba inepte ad diabolum retulit, „qui nostra invasit et omnia possessionem suam esse ducit, cuique (τούτῳ δὲ) consistendi copiam damus, dum thesaurum occultum fodimus.“

5. κομιορτῶ] Ael. et Fris. κομιορτῶν. Similiter editores praeter Maranum, qui ex Par. 1. 2 κομιορτῶ dedit. Fris. in marg. κώνιον τοῦ.

6. τούτῳ] Ita Maranus ex Par. 1. 2 reposuit pro τούτων, quod edili habebant. Idem mox παρέσχομεν commendavit.

7. βόρβαροι] Cf. c. 1. n. 1.

8. ἦν] Gesner., Herold., Morrell., Duc. ἦν.

9. βουλομένοις] Codd. msti et editi βουλόμενος. Quod quum vix ferri possit, iam Maranus illam emen-



31. <sup>1</sup>Νῦν δὲ <sup>2</sup>προσῆκον μοι νομίζω παραστῆσαι πρεσβυ- 48  
 τέραν τὴν ἡμετέραν φιλοσοφίαν τῶν παρ' Ἑλλήσιν ἐπιτηδευμά-  
 των. Ὅροι δὲ ἡμῖν κείσονται <sup>3</sup>Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, <sup>4</sup>τῷ ἐπά-  
 τερον αὐτῶν εἶναι παλαιότερον, <sup>5</sup>καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστο-  
 ρικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης <sup>6</sup>βαρβάρου σοφίας ἀρ-  
 χηγόν. Καὶ ὑφ' ἡμῶν <sup>7</sup>νῦν εἰς σύγκρισιν παραλαμβάνέσθωσαν·  
 εὐρήσομεν γὰρ οὐ μόνον τῆς Ἑλλήνων παιδείας τὰ παρ' ἡμῖν  
<sup>8</sup>ἀλλὰ ἔτι καὶ τῆς τῶν γραμμάτων εὐρέσεως ἀνώτερα. Μάρ- B  
 τυρας <sup>9</sup>δὲ οὐ τοὺς οἴκοι παραλήψομαι, βοηθοῖς δὲ μᾶλλον Ἑλλήσι  
<sup>10</sup>χρήσομαι· τὸ μὲν γὰρ ἄγνωμον, ὅτι <sup>11</sup>μηδὲ ὑφ' ὑμῶν παρα-  
 δεκτέον, τὸ δ' ἂν ἀποδεικνύηται θαυμαστόν, ὅταν ὑμῖν διὰ τῶν  
 ὑμετέρων ὄπλων ἀντερείδων ἀνυπόπτους παρ' ὑμῶν τοὺς ἐλέγ-

dationem proposuit. Hic sensus est: Paratus sum vobis, si excutere volueritis quae ad nos pertinent, causam illius linguarum diversitatis diligenter exponere.

1. Νῦν δὲ... ἀληθεύειν δυνατόν] Haec verba Eusebius in Praeparat. evang. X. c. 11 transtulit, ex edit. Heinichen. Tom. II (Lips. 1843) p. 92—94 et ex edit. Gaisford. Tom. II (Oxon. 1843) p. 514—517.

2. προσῆκον] Aet., Par. 2, Eus. προσῆκειν. — Μοχ Aet. νομίζων. — Tum Eus. in edit. Vigerio-Heinicheniana ἐπιτηδευτῶν (Eus. Par. 3 et Ven.) habet pro ἐπιτηδευμάτων, id quod recte Gaisford. recepit. — Scriptor christianam religionem φιλοσοφίαν nominavit (comp. φιλοσοφεῖν cc. 32. 33. 42), ut alii Patres: cf. c. 1. n. 1 et Suicer. Thes. eccl. s. v. . Iustinus Dial. c. Tr. c. 8: ἔρως εἶχέ με τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, οἳ εἰσι Χριστοῦ φίλοι· διαλογιζόμενός τε πρὸς ἑμάντων τοὺς λόγους αὐτοῦ ταύτην μόνην εὐρισκον φιλοσο-

φίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. Ὅτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ.

3. Μωσῆς] Sic scribo pro vulg. Μωσῆς. Illa forma, quippe praeferenda, infra quoque cc. 36. 37. 38. 40 in codd. exstat; de qua si plura cupias scire adeas Iustini Apol. I. c. 32. n. 1. — Paulo ante Eus. δ' ἡμῖν pro δὲ ἡμῖν.

4. τῷ] Aet. et Fris. τοῖς, id quod etiam Gesner. (hic autem veram coniecit lectionem) et Herold. praebent. Fris. in marg. τό. Eus. τῷ γὰρ (Eus. Par. 1. 2 et Oxon. τὸ γὰρ) etc., ita ut a verbis καὶ ὑφ' ἡμῶν apodosis incipiat. — Deinde Eus. παλαιάτατον (Eus. Oxon. παλαιότερατον, Ven. transpositis verbis εἶναι παλαιάτατον αὐτῶν) effecit ex παλαιότερον, qui quidem comparativus offensionem non habet: uterque in sua natione *vetustior est quam caeteri scriptores*; Homerus scilicet aetate superat scriptores gentiles, sacros (barbaros sapientes: c. 1. n. 1) Moses. Cf. Winer Gramm.



31. Nunc autem convenire arbitror ut philosophiam nostram Graecorum disciplinis antiquiorem esse demonstrarem. Termini nobis erunt Moses et Homerus, quod uterque sit vetustissimus, ac hic quidem poëtis et historicis antiquior, ille autem totius barbarae sapientiae princeps. Eos ergo in comparationem vocemus: reperiemus enim nostra non solum Graecorum disciplinis sed etiam literarum inventione antiquiora. Testes autem non domesticos assumam, sed potius Graecis utar adiutoribus; illud enim insulsum est, quia prorsus non potest a vobis admitti, hoc vero ostenditur admirabile, si vestris vobiscum armis pugnans non suspecta

d. neutest. Sprachidioms (ed. 4) p. 220 sq.

5. καὶ τὸν μὲν etc.] Scholion in marg. Par. 1: Καὶ μὴν Μουσαίου (sic — pro Μουσῆν, quod recte in textu habetur) πρὸ Ὁμήρου φησίν. — Demonstravit Tatianus (cc. 31. 36 sqq.), quemadmodum Iustinus (cf. librum meum De Iustini Mart. scriptis et doctr. p. 105 sq.) aliique Patres (Theophil. ad Autol. II. c. 30. III. c. 20 sqq., Clem. Alex. Strom. I. c. 15. §. 72. c. 21. §. 101, Tertull. Apolog. c. 19, Lactant. Institt. div. IV. c. 5), remotissimam religionis christianae antiquitatem, ut novitatis crimen ab illa amoveret et Gentiles, quorum sacris honorem antiquitatis eripuisset, ad amplectendam Christi causam commoveret; huc accedit quod illo argumento adversarios, qui Christianos novitiolos optima quaeque ex graecis scriptoribus hausisse contenderent, non modo refutare sed (c. 40), ut alii Apologetae (Iustin. Apol. I. cc. 44. 54. 59, Theophil. I. c. I. c. 14. II. c.

37, Tertull. I. c. c. 47), ipsum crimen in eos detorquere poterat.

6. βαρβ. σοφ.] Eus. σοφίας βαρβάρου. Paulo ante πρεσβύτερον in πρεσβύτατον mutavit; sed Eus. Par. 2 recte πρεσβύτερον.

7. νῦν] Deest apud Euseb. in edit. Vig.-Heinich., ut in Eus. Par. 3; sed Gaisford. restituit. — Antea pro ἡμῶν Duc. ὑμῶν, ac postea Herold. et Morell. παραλαμβανέθωσαν.

8. ἀλλὰ ἔτι καὶ] Maran. non ἀλλὰ (sic codd.) sed ἀλλ'. Eus. ἔτι δὲ καὶ. — Paulo ante Eus. Par. 3 οὐ μόνον omisit; idem cod. τῆς τῶν Ἑλλήνων.

9. δὲ] Eus. τε. Sed Eus. Flor. 1. 2 δέ.

10. χρήσομαι] Eus. καταχρήσομαι.

11. μηδὲ ὑφ' ὑμῶν] Sic Par. 1: unde Maran. repetiit. Caeteri codd. msti et editi μηδὲ ὑφ' ἡμῶν. Eus. μηδ' ὑφ' ὑμῶν (Eus. Par. 2 et Flor. 1 ἡμῶν) παράδεικτον. — Tum omnes Tatiani codices msti τὸ σφ δ' ἄν (ita Gosner. quoque et He-





χους λαμβάνω. Περὶ <sup>12</sup> γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὀμήρου, γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, <sup>13</sup> Θεαγένης τε ὁ Ῥηγίνος κατὰ Καμβύσην γεγονώς, <sup>14</sup> Στησίμβροτος τε ὁ Θάσιος καὶ <sup>15</sup> Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτος τε ὁ Ἀλικαρνασσεὺς καὶ <sup>16</sup> Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος· <sup>17</sup> μετ' ἑκείνους Ἐφορος ὁ Κυμαῖος καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, <sup>18</sup> Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων οἱ Περιπατητικοί· ἔπειτα γραμματικοὶ <sup>19</sup> Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος. Τούτων δὲ <sup>20</sup> οἱ περὶ Κράτητα 49

gold.) pro τὸ δ' ἄν, quod Gesnerus legendum recte observavit et editores inde a Morello receperunt; pro ἀποδεικνύηται, quod Par. 1 et Fris. habent, Aet. et Par. 2 ἀποδείκνυται offerunt, idque Morell., Duc., Worth., Galland. (postquam Gesnerus coniecit) reposuerunt. Worthus transtulit: *Hoc vero si demonstratur, mirum sane, ubi vestris etc.* Eus. τὸ δέ, ἄν ἀποδεικνύηται (Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. ἀποδείκνυται, Par. 2 ἀναδείκνυται), θαυμαστόν, ὅπότε ἄν (Eus. Oxon. ὅποτε) ὑμῖν (Eus. Par. 2 ἡμῖν et mox ἡμέτερον) etc. — Dein pro ὄπλων ἀντερείδων (sic Par. 1. 2, Aet., Eus.) Fris. ὄλων ἀντιφείδων exhibet, id quod Gesner. et Herold. retinuerunt; Morell. et Duc. ὄλων ἀναντιφείτων (ex coniectura Gesneri) dederunt. — Denique Eus. καθ' ὑμῶν τ. ἐ. παραλαμβάνω. — Sententia facile perspicitur; τὸ μὲν scil. domesticos testes asserre, τὸ δὲ scil. auctoritate vestrorum scriptorum uti. Interpres Campid.: „Denn das Eine wäre thöricht, weil es von euch nicht zugegeben werden kann; das Andere hingegen ist bewunderungswürdig.“

12. γὰρ] Ab Aet. abest. Eus. τῆς Ὀμήρου ποιήσεως. Mox idem pro οἱ πρεσβύτατοι dedit πρεσβύτατοι μὲν.

13. Θεαγένης τε ὁ Ῥηγίνος] Sic, Eusebiam secutus, dedi pro vulg. Θεαγένης τε ὁ Ῥήγιος. Idem visum est Ionsio De scriptt. hist. philos. (Ien. 1716) P. I. p. 23, Clintoni Fast. Hellen. (ed. Krüger) p. 381, Nauckio Aristoph. Byz. Fragmm. (Hal. 1848) p. 24. De Theagene illo, antiquissimo Homeri interprete (c. 21. n. 12), adeas Pauly Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss. Tom. VI. p. 1752. —

14. Στησίμβροτος] Eus. in edit. Vig. - Heinich. Στησύμβροτος, ut Eus. Par. 3 et Flor. 1; sed veram scripturam Gaisford. reposuit. Cf. de hoc Homeri interprete (c. 21. n. 12) Pauly l. c. p. 1421.

15. Ἀντίμαχος] Eus. corrupte Καλλίμαχος. Genuinam ei lectionem Gaisfordus ex Tatiano restituit. Cf. de illo Stesimbroti discipulo Ionsium l. c. p. 36.

16. Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος] Eus. ὁ omisit. De hoc Dionysio „Olynthio“ nihil apud antiquos occurrit, ut monuit Ionsius l. c. p.



a vobis argumenta sumam. Ac de poesi quidem Homeri, eiusque genere et tempore quo floruit, investigarunt antiquissimi, Theagenes Rheginus qui Cambyse regnante fuit, Stesimbrotus Thasius et Antimachus Colophonius, Herodotus Halicarnasseus et Dionysius Olynthus; post illos Ephorus Cumanus et Philochorus Atheniensis, Megacrides et Chamaeleon Peripatetici; deinde grammatici Zenodotus, Aristophanes, Callimachus, Crates, Eratosthenes, Aristarchus, Apollodorus. Ex his autem Crates Homerum 'ante

42. Meursio (in libro de Dionysiis) videtur ille ipse esse cuius *Χρονικά* citat Suidas in *Εὐριπίδης*. Sed quum Olynthus urbs Macedoniae seu Thraciae fuerit, colligi potest hunc Dionysium Olynthium eundem esse atque „Thracem.“ Is cognomento *Θραξ*, patria Alexandrinus, Rhodius quoque dictus quia Rhodi habitaret, scripsit de Homero (cf. Fabricii Biblioth. gr., ed. Harles., Vol. I. p. 511) eumque putavit Atheniensem fuisse. Cf. Voss De histor. gr. ed. Westermann p. 192 et Pauly l. c. Tom. II. p. 1086 sq.

17. μετ' ἐκείνους] Eus. μετὰ δὲ ἐκείνους. — De Ephoro et Philochoro (Gellius III. c. 11) cf. Vossium l. c. p. 65 sqq. 154 sqq. et Ionsium l. c. p. 50. 190.

18. *Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων*] Sic Maranus: caeteri editores *Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαιλαίεων* ex Fris. (is in marg. recte *Χαμαιλέων*) dederunt. Par. 1 et Aet. *Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαιλέων* (Par. 2 *Χαμαλέων*). Eus. vulgo *Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων*, sed Heinichenus et Gaisfordus *Χαμαιλέων* (quod Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Ven., Oxon. probatur)

restituerunt. Pariter Ionsius l. c. (P. II) p. 259: *Μεγ. τε καὶ ὁ* (sic) *Χαμαιλέων*. Pro *Μεγακλείδης* frustra maluerunt legi Reineisius (cf. Westermann. ad Voss. l. c. p. 465. n. 6) *Ἡρακλείδης* et Fabricius (Biblioth. gr. cur. Harles. Vol. I. p. 321) *Μετακλείδης*. Nam Megacridis τὰ περὶ Ὀμήρου citat Suidas s. v. *Ἀθηναίος*; coll. Athenaeum XII. p. 512 sq. (ed. Casaub.) et Eustathium ad II. I. p. 84. Chamaeleon Heracleota autem a scholiasta Apollonii Rhodii Argon. II. p. 904 laudatur: *ὡσαύτως δὲ καὶ Χαμαιλέων ἱστορήσεν ἐν πέμπτῳ περὶ Ἰλιάδος*. Cf. Voss. l. c. p. 414.

19. *Ζηνόδοτος* etc.] Schoell *Gesch. d. griech. Litteratur* Tom. I (Berol. 1828) p. 105 sqq. — Callimachum quod attinet, haud dubie respicit Tatianus eius *Πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων*. Cf. Ions. l. c. (P. I) p. 159 sqq. De caeteris scriptoribus (grammaticis) hic memoratis vide notas quae sequuntur.

20. οἱ περὶ Κράτητα] Eus. οἱ μὲν περὶ Κράτητα. — Crates scripsit διόρθωσιν *Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσεύσεως* novem libris, teste Suida.



πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν. <sup>21</sup> οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένη μετὰ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἀλώσεως. <sup>22</sup> οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἣ ἔστι μετὰ ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν. <sup>23</sup> Φιλόχορος δὲ μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρχίππου, τῶν Ἰλιακῶν ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. <sup>24</sup> οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδορον μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν ἔτεσιν ἑκατὸν, ὅπερ γένοιτο ἂν

Pseudo-Plutarchus de vita Homeri (ed. Wyttenb. Tom. V) p. 1070: Οἱ δὲ περὶ Κράτητα καὶ πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου λέγουσιν αὐτὸν (Homerum) γενέσθαι, ὡς οὐδὲ ὅλα ἔτη ὀγδοήκοντα ἀπέχειν τῶν Τρωϊκῶν. Paullo aliter atque Tatianus refert Clemens Alex. Strom. I. c. 21. §. 117: *Κἂν ἐπεσθαί τις βουληθῆ τῷ γραμματικῷ Κράτητι καὶ λέγῃ περὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον Ὅμηρον γεγονέναι μετὰ ἔτη ὀγδοήκοντα τῆς Ἰλίου ἀλώσεως etc.* Igitur Clemens num ista ex Tatiano desumserit, ut Heyne ad Apollod. fragm. p. 410 suspicatur, an ex eodem fonte cum Tatiano hauserit, ut Clinton Fast. Hell. I. p. 145 iudicat, prorsus incertum est. Cf. Fischeri et Soetbeeri *Griech. u. röm. Zeittafeln* (Alton. 1840. 4<sup>o</sup>) p. 25 et 43. — Quae autem sequuntur omnia Eusebius in Chronicis circa annum mundi 4090 ex Tatiano mutuatus est: Hieronymus tamen nonnulla male transtulit, quae (Worth.) hinc emendari possunt.

21. οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένη] Eus. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐρατοσθένην. — Suidas Eratosthenem dicit *συχναῖα γραμματικὰ* scripsisse, ex eoque

Athenaeus I. p. 21 Homericam emendationem citat. Sed quae a Tatiano producuntur, quippe ad aetatem Homeri spectantia, petita sunt ex illius *περὶ χρονογραφῶν* commentario, in quo, ut ex Harpocrat. in *Εὐνηος* patescit, non solum rerum gestarum sed etiam hominum literatorum mentio erat facta eorumque aetas constituta. Plura dedit Westermann ad Voss. I. c. p. 149. n. 6. Clemens Alex. I. c.: *Ἐρατοσθένης δὲ μετὰ τὸ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἀλώσεως τὴν Ὅμηρον ἡλικίαν φέρει.* Cf. Fischer I. c. (*Griech. Zeittafeln*) p. 43 sq.

22. οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον] Eus. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀρίσταρχον. Idem καὶ ante τεσσαράκοντα praetermisit. — Clemens Alex. I. c.: *Ἀρίσταρχος δὲ ἐν τοῖς Ἀρχιλοχείοις ὑπομνήμασι κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν φησὶ φέρεσθαι αὐτὸν, ἣ ἐγένετο μετὰ ἑκατὸν τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Τρωϊκῶν.* Cf. Fischer I. c. p. 44 sq.

23. Φιλόχορος] Eus. post ἀποικίαν addit ἔτεσι (Eus. Par. 3 et Ven. ἔτη) μ', quod Tatiano censet Fischer I. c. p. 31 fortasse restituendum esse: quod quidem non est omnino necessarium, ut quisque con-



Heraclidarum reditum ait floruisse, intra annos post bellum Troianum octoginta; Eratosthenes post annum centesimum ab Ilio capto; Aristarchus circa Ionicam migrationem, quae post Iliaca annis centum et quadraginta contigit; Philochorus post Ionicam migrationem, archonte Athenis Archippo, post Iliaca annis centum et octoginta; Apollodorus post Ionicam migrationem annis cen-

cedet; ille videlicet numerus ex proxime sequentibus et antecedentibus (180—140=40) facile computatur. Clemens Alex. l. c.: *Ἀπὸ δὲ τῶν Τρωϊκῶν ἐπὶ τὴν Ὀμήρου γένεσιν κατὰ μὲν Φιλόχορον* (qui a Gellio inter scriptores de Homeri aetate numeratur: n. 17) *ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἔτη γίνεται, ὕστερον τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας.* — Lectionem *Ἀρχίππου* (sic Eus. quoque) Ducacus et Maranus in *Ἀρχίππου* mutarunt; etiam Eusebius in Chron. II. p. 314 ed. Mai. Rom.: „sub Archippo Atheniensium magistratu.“

24. οἱ δὲ περὶ *Ἀπολλόδωρον*] Huius *Χρονικά* citat Clemens l. c. §. 105. — Pro *ὅπερ γένοιτο* Act. et Fris. (Gesner. et Herold.) ὃ γὰρ γένοιτο habent, Eus. ὃ γένοιτ'. Illud *ὅπερ* iam Gesner. suspicatus est reponendum: Par. 1. 2 firmatur. Tum pro *ἔτεσι διακοσίσι τεσσαράκοντα*, quam lectionem Par. 1 et Eusebius suppeditant, editores ante Maranum, aequae ac caeteri codd. mssli, exhibent (omisso *ἔτεσι*) *διακοσίων πενήκοντα* (Fris. in marg. *τεσσαράκοντα*), unde fecit Maranus *διακοσίων τεσσαράκοντα*. Diver- sitas orta est ex similitudine literarum μ' et ν' in codicibus. Iam Du-

caeus recte admonuit: „Quae vera lectio sit, ex ipso Tatiani loco liquet qui praecessit, cum de Aristarcho verba faceret. Dixit enim Aristarchum scripsisse Homerum floruisse circa Ionicam migrationem, quae annis centum et quadraginta res Ilicas secuta est. Iam ergo si velit Apollodorus eundem Homerum floruisse annis centum post illam migrationem, addendi erunt hi centum anni aliis centum quadraginta, quibus Ionica illa migratio Troiano bello posterior fuit; atque ita summa consurgat ducentorum quadraginta annorum.“ Eamque, ut supra memoravi, Par. 1 exhibet. Etiam Eusebius in Chron. l. c.: „Apollodorus Atheniensis [scil. Homerum ponit] ducentesimo quadragesimo anno eversionis Ilii.“ Apollodorum vero illa descriptione non, ut Tatianus refert, indicasse tempus quo Homerus floruerit, sed quo natus sit, Fischer l. c. p. 46 sq. exposuit. Clemens Alex. l. c. §. 117: *Ἀπολλόδωρος δὲ μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας, Ἀγησιλάου τοῦ Δορυσαίου Λακεδαιμονίων βασιλεύοντος, ὥστε ἐπιβαλεῖν αὐτῷ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην ἔτι νέον ὄντα.*



ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα. <sup>25</sup> Τινὲς δὲ πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι ἔτεσιν ἑνενηκοντα, τουτέστι μετὰ τὴν Ἰλίου ἄλωσιν ἔτεσι τριακοσίοις ἑπτακαίδεκα. <sup>26</sup> ἕτεροι δὲ κάτω τὸν χρόνον ὑπήγαγον, σὺν Ἀρχιλόχῳ γεγονέναι τὸν Ὅμηρον εἰπόντες. ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστήν, <sup>27</sup> κατὰ Γύγην τὸν Λυδόν, <sup>28</sup> τῶν 167 Ἰλιακῶν ὕστερον ἔτεσι πεντακοσίοις. Καὶ περὶ μὲν <sup>29</sup> τοῦ χρόνου τοῦ προειρημένου ποιητοῦ, λέγω δὲ Ὁμήρου, συστάσεως τε καὶ τῶν εἰπόντων <sup>30</sup> περὶ αὐτοῦ ἀσυμφωνίας τοῖς ἐπ' ἀκριβὲς ἐξετάζειν δυναμένοις <sup>31</sup> αὐτάρκως ἡμῖν ὡς ἐπὶ κεφαλαίων εἰρήσθω. <sup>32</sup> Δυνατὸν γὰρ ψευδεῖς ἀποφήνασθαι καὶ τὰς περὶ τοὺς λόγους δόξας. Παρ' οἷς γὰρ ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων 50

25. Τινὲς... τριακοσίοις ἑπτακαίδεκα] Codd. msti et editi Τινὲς δὲ πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι, τουτέστι μετὰ τὴν Ἰλίου ἄλωσιν ἔτεσι τετρακοσίοις ἑνενηκοντα. Unus Morellus pro ἔ. τετρ. ἑνεν. dedit (ex coniectura Gesneri) ἔ. τετρ. ἑπτά. Eus. simpliciter ἔ. τετρακοσίοις. (Eus. Par. 3 et Ven. non πρὸ τ. Ὀλυμπ. sed male περὶ τ. Ὀλυμπ. offerunt; pro γεγονέναι Eus. Par. 1 εἶναι.) Sed illa codicum scriptura est vitiosa, ut Maranus scite animadvertit. „Primum peccatum occurrit in verbis τινὲς δὲ πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι. Quos enim hactenus nominaverat Tatianus ii omnes natu maiorem olympiadicis Homerum dixerant. Cur ergo nunc, velut in singulari quadam opinione, dicit: Quidam autem illum ante olympiades exstitisse dixerunt? Huc accedit aliud peccatum. Nam si ante olympiades exstitit, neque annis 490 neque 407 post Iliaca exstitit: siqui-

dem annos ipsos 407. ab Iliacis rebus ad olympiades [cum Eratostbene] numerat Tatianus. Utrumque vulnus sanabitur, si post voces αὐτὸν γεγονέναι addamus ἔτεσιν ἑνενηκοντα. Nititur haec emendatio pluribus rationum momentis. 1<sup>o</sup>. Favent codd. msti, in quibus paullo post, sed loco non suo, legitur vox illa ἑνενηκοντα. 2<sup>o</sup>. Manca erit, ut iam dixi, sententia, si Homerus ante olympiades collocari dicatur, non addito annorum numero. 3<sup>o</sup>. Accedit testimonium Clementis Alex., qui Homerum a Sosibio Lacone annis 90 ante olympiades collocatum narrat. [L. c.: Σωσίβιος δὲ ὁ Λάκων ἐν χρόνων ἀναγραφῇ κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου βασιλείας Ὅμηρον φέρει... ὡς εἶναι ἑνενηκοντά που ἔτων πρὸ τῆς τῶν Ὀλυμπίων θεσεως Ὅμηρον.] Ex his autem alterum erratum sanatur. Ait enim sub finem Orationis, c. 41, Tatianus [cf. Fischer l. c. p. 6 et 8] se iam numerasse annos 407 ab Iliacis re-



tum, hoc est post Iliaca annis ducentis et quadraginta. Quidam autem eum dixerunt ante olympiades vixisse annis nonaginta, hoc est post Ilium captum annis trecentis septemdecim; alii tempus infra deduxerunt, Homerum Archilochus aequalem fuisse dicentes: floruit autem Archilochus circa olympiadem vigesimam tertiam, tempore Gygis Lydi, post Iliaca annis quingentis. Atque haec quidem a nobis de praedicti poetae, hoc est Homeri, aetate et eorum qui de eo locuti sunt dissensione, satis multa iis qui diligenter investigare possunt, compendiose dicta sint. Falsi enim argui possent et quae de rebus feruntur opiniones. Nam ubi temporum descriptio non cohaeret, ibi neque historia vera

bus ad olympiades; locus autem, in quo ita numeraverit, alius afferri non potest praeter eum qui nunc in manibus est. Quare, pro annis 490 aut 407 aut (ut apud Eusebium) 400, apponendus est eiusmodi numerus ex quo sequatur Tatianum numerare annos 407 ab Iliacis rebus ad olympiades, ac proinde  $[407 - 90 = 317]$  legendum  $\tau\epsilon\zeta'$  sive 317." Itaque vulgatum textum emendavi.

26.  $\xi\tau\epsilon\rho\iota$  δὲ] Nempe Theopompus et Euphorion, teste Clemente Alex. l. c.; cf. Fischer. l. c. p. 94 sq..

27.  $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}$ ] Sic Eus.; Gesner., Herold., Morell., Duc.  $\kappa\alpha\iota$ . — Scholion in marg. Par. 1: Ὁ μίντοι Θηβαῖος Πίνδαρος Ἡρακλῆα τὸν Ἀλκμήνης στήσαι τὰ ὀλύμπια [suppl. φησὶ], ἦτοι ὀλύμπια μὲν ἔστησεν Ἡρακλῆς φάσκων. Cf. c. 41. n. 29.

28. τῶν Ἰλ. ὕστ.] Vocem ὕστερον Maranus ex Par. 1 restituit (est etiam in marg. Par. 2): cae-

teri omiserunt. Eus. ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν, quod Vossius l. c. p. 8 probavit; sed supra quoque: τῶν Ἰλιακῶν ὕστερον.

29. τοῦ χρόνου] Eus. τῶν χρόνων. — Mox λέγω δὲ (de qua formula c. 7. n. 14 inspicias) ex Eus. pro vulg. λέγω δὴ rescripsi. Solus Eus. Par. 1 δὴ agnoscit, unde Gaisford. recepit. Tum Eus. non συστάσεως sed στάσεως offert: „quod melius mihi (Maran.) videtur.“

20. περὶ αὐτοῦ] Eus. τὰ περὶ αὐτόν.

31. ἀντάρκως] Sic Maran. ex Par. 1. 2 (et Eus.) reposuit pro ἀνταρκίως, quod reliqui habent. — Tum Eus. ἐπὶ κεφαλαίῳ pro ἐπὶ κεφαλαίων, sed Eus. Flor. 1. 2. et Oxon. consentiunt cum Tatiano.

32. Δυν. γὰρ] Eus. addidit παντί. Dein ἀποφαίνεσθαι scripsit. Pro λόγους Gesnerus χρόνους coniecit: idque Morell., Duc., Worth. temere receperunt.



ἀναγραφῇ, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν <sup>33</sup> δυνατόν. Τί γὰρ τὸ αἴτιον τῆς <sup>34</sup> ἐν τῷ γράφειν πλάνης, εἰ μὴ τὸ συντάττειν τὰ μὴ ἀληθῆ;

32. Παρ' ἡμῖν δὲ τῆς μὲν κενοδοξίας ὁ ἕμερος οὐκ ἔστι, B  
δογμάτων δὲ ποικιλίαις οὐ καταχρώμεθα. <sup>1</sup> Λόγου γὰρ τοῦ δημοσίου καὶ ἐπιγείου κεχωρισμένοι, καὶ πειθόμενοι θεοῦ παραγγέλμασι καὶ νόμῳ πατρὸς ἀφθαρσίας ἐπόμενοι, πᾶν τὸ ἐν δόξῃ κείμενον ἀνθρωπίνῃ παραιτούμεθα. Φιλοσοφοῦσί τε οὐ μόνον <sup>2</sup> οἱ πλουτοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ πένητες προῖκα τῆς διδασκαλίας ἀπολαύουσι· τὰ γὰρ παρὰ θεοῦ τῆς ἐν κόσμῳ δωρεᾶς <sup>3</sup> ὑπερπαίει τὴν ἀμοιβήν. Τοὺς δὲ ἀκροᾶσθαι βουλομένους πάντας οὕτως προσιέμεθα, κἂν πρεσβύτεροι ᾦσι κἂν μειράκια, πᾶσά τε ἀπαξᾶπλῶς ἡλικία παρ' ἡμῖν τυγχάνει τιμῆς· <sup>4</sup> τὰ δὲ τῆς ἀσελείας πόρρῳ κηχώριστα. Καὶ ἡμεῖς μὲν λέγοντες οὐ ψευδόμεθα. C  
<sup>5</sup> Τὰ δὲ τῆς ὑμετέρας περὶ τὴν ἀπιστίαν ἐπιμονῆς καλὸν μὲν εἰ λαμβάνοι περιγραφὴν· εἰ δ' οὐ, τὰ ἡμέτερα ἔστω θεοῦ γνώμη βεβαιούμενα. <sup>6</sup> Γελάτε δὲ ὑμεῖς, ὡς καὶ κλαύοντες. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον <sup>7</sup> Νέστορα μὲν καθ' ὑμᾶς, τῶν ἵππων 51 τὰς παρηγορίας βραδέως ἀποτέμνοντα διὰ τὸ <sup>8</sup> ἄτονον καὶ νωθὲς τῆς ἡλικίας, θαυμάζεσθαι πειρώμενον ἐπ' ἴσης τοῖς νέοις πολεμεῖν, τοὺς δὲ παρ' ἡμῖν <sup>9</sup> τῷ γῆρα παλαιόντας καὶ τὰ περὶ θεοῦ πραγματευομένους γελάσθαι; Τίς δὲ οὐκ ἂν γελάσειεν Ἀμαζόνας μὲν καὶ Σεμίραμιν καὶ τινὰς ἄλλας πολεμικὰς φασκόν- D

33. δυνατόν] Eus. δύναται.

Fris. in marg. et Par. 2 ex emendatione praebent.

34. ἐν τῷ γράφειν] Scil. τοὺς χρόνους.

3. ὑπερπαίει] Morell. mutavit in ὑπεραίρει absque necessitate.

1. Λόγου] Aet. et Fris., Gesner. et Herold. λόγον. Sed λόγον (Par. 1. 2) Fris. in marg. habet. — De sententia cf. Epist. ad Diogn. c. 5 (n. 4).

4. τὰ δὲ τῆς ἀσ. π. κη.] Iustinus Apol. I. c. 26 (n. 29): τὰς ἀνέδην μίξεις... οὐ γινώσκωμεν.

2. οἱ πλουτοῦντες] Gesner., Herold., Morell., Worth., pariter ac Aet. et Fris, οἱ πληροῦντες. Genuinam vero scripturam (Par. 1)

5. Τὰ δὲ etc.] Cf. Daniel Tatian. d. Apol. p. 247. — Particulam μὲν post καλὸν Morell., Duc., Worth. male expunxerunt. Mox pro εἰ δ' οὖν (codd. msti) Duc. et Ma-



esse potest. Quid enim causae est cur in scribendo erratur, nisi quia non vera componuntur?

32. Apud nos autem inanis gloriae cupiditas non est, neque variis dogmatibus utimur. Remoti enim a vulgata ac terrena doctrina, et dei praeceptis parentes et legem patris incorruptionis sequentes, quidquid humanis continetur opinionibus reiicimus. Philosophantur non solum divites, sed etiam pauperes gratis doctrina perfruuntur; maiora enim sunt quae a deo proficiscuntur quam ut mundi muneribus rependi possint. Quicumque autem audire voluerint omnes hoc modo admittimus, etiamsi anus vel adolescentes fuerint, et omnis prorsus aetas apud nos honore afficitur: longo vero abest lascivia. Atque dicendo non mentimur. Praeclarum autem fuerit si vestra in incredulitate perseverantia modum accipiat; sin minus, res nostrae dei sententia confirmatae maneant. Vos autem ridete, ut et ploraturi. Quomodo enim non absurdum est Nestorem, equorum lora tarde abscindentem ob infirmam et gelidam aetatem, admirationi apud vos esse quod se iuvenibus in bello adaequare conetur, eos autem qui apud nos cum senectute luctantur et res divinas tractant rideri? Quis non rideat quando Amazones et Semiramin et nonnullas alias dicitis bellico-

ran. bene *εὐ δ' οὐ* induxerunt. Ad *ἔστω* notavit Gesnerus: „Forte *ἔστι*.“ Idque Morell., Duc., Worth. textui temere inseruerunt.

6. *Γελάτε... κλάουσόντες*] Coll. Luc. 6, 25. — Sensus: Vos interrim, si lubet, ridete; olim sane tempus erit lugendi.

7. *Νέστορα μὲν*] Iliadis Homeri libro IX equo Nestoris in pugna a Parido sagitta vulnerato Nestor lora, quibus utrinque trahitur cursus, abscindebat, ut relicto curru

facilius evaderet. Interpres graecus in citatum Homeri locum verbum *ἀπέταμεν* de industria positum scribit in tempore imperfecto, ut tarditas in abscindendo Nestoris senectae languidi, quamvis animo prompti, indicaretur. Gesnerus.

8. *ἄτρονον*] Morell. vitiose *ἄτρονον*.

9. *τῷ γῆρα παλαιοντας*] H. e. (Stephan. in edit. Epist. ad Diogn. p. 110) vim afferentes senectui, quae alioqui haud apta est ad discendum.





των ὑμῶν γεγονέναι, τὰς δὲ παρ' ἡμῖν παρθένους <sup>10</sup> λαιδορούντων; Μειράκιον ἦν ὁ Ἀχιλλεύς, καὶ γενναῖος εἶναι πεπίστευται σφόδρα· καὶ ὁ Νεοπτόλεμος νεώτερος, ἀλλὰ ἰσχυρὸς ἦν· Φιλοκτήτης ἀσθενής, ἀλλ' ἔχρηξεν αὐτοῦ κατὰ Τροίας τὸ δαιμόνιον. Ὁ Θερσίτης ὅποιος ἦν; Ἀλλ' ἐστρατήγει· <sup>11</sup> τὸ δ' ἀμετροεπὲς εἰ μὴ προσῆν αὐτῷ διὰ τὴν ἀμαθίαν, οὐκ ἂν ὡς φοξὸς καὶ ψεδνὸς διεβάλλετο. Πάντες οἱ βουλόμενοι, <sup>12</sup> φιλοσοφεῖν <sup>52</sup> παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι οὐ τὸ ὀρώμενον δοκιμάζομεν, οὐδὲ τοὺς προσιόντας ἡμῖν ἀπὸ σχήματος κρίνομεν· τὸ γὰρ τῆς γνώμης <sup>168</sup> <sup>13</sup> ἐρῶμενον παρὰ πᾶσιν εἶναι δύνασθαι λελογίσμεθα, κἄν ἀσθενεῖς ὡς τοῖς σώμασι. Τὰ δὲ ὑμέτερα φθόνου μεστὰ καὶ βλακείας πολλῆς.

33. Διὰ τοῦτο προεθυμήθην ἀπὸ τῶν νομιζομένων παρ' ἡμῖν τιμίῳν παριστᾶν ὅτι τὰ μὲν ἡμέτερα σωφρονεῖ, τὰ δὲ ὑμέτερα ἔθῃ <sup>2</sup> μανίας ἔχεται πολλῆς. <sup>3</sup> Οἱ γὰρ ἐν γυναιξὶ καὶ μειρακίοις, παρθένοις τε καὶ πρεσβύταις φλυαρεῖν ἡμᾶς λέγοντες, καὶ διὰ τὸ μὴ σὺν ὑμῖν εἶναι χλευάζοντες, ἀκούσατε τῶν παρ' Ἑλλήνων πραγμάτων τὸν λῆρον. Ληραίνει γὰρ διὰ δόξης μᾶλλον πολλῆς τῶν παρ' ὑμῖν θεῶν τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ B

10. λαιδορούντων] Fris. in marg. λαιδορεῖσθαι.

11. τὸ δ' ἀμετρο.] Cf. c. 27. n. 10.

12. φιλοσοφεῖν κ. ἡμῖν] Cf. c. 31. n. 2.

13. ἐρῶμενον] Sic Par. 1 et in marg. Par. 2, Duc., Worth., Maran.; reliqui (c. Fris.) ἐρωμένην. Vult Gesner. legi ἐρῶμένων, quod improbandum.

1. ὑμῖν] Ita Duc. et Maran.; caeteri ἡμῖν, sed in translatione: quas vos in magno prelio ducitis. Verba παριστᾶν ὅτι interpretati sunt: recedere (= ἀπιστᾶν) quoniam. At παριστᾶν, ut c. 1. n.

25 observavi, est i. q. ἀποδεικνύουσαι.

2. μανίας] Haec vox in Aet., Par. 2, Fris. desideratur: inde abest quoque ab edit. Gesner., Herold., Morell., Worth.. Censuerunt Gesnerus supplendum ἀφροσύνης vel ἀσελγείας, et Henr. Stephanus (in edit. Epist. ad Diogn. p. 109) ἀκολασίας vel ἀκρατείας sive ἀκρασίας. Omnibus vero coniecturis supersedemus. Par. 1 enim suppeditat μανίας, quod quidem Duc. et Maran. receperunt. Par. 2 in marg. μέθης.

3. Οἱ γὰρ ἐν γυναιξὶ etc.] Hoc probri genere utebatur Celsus in



sas exstitisse, nostris autem virginibus convitium facitis? Adolescens erat Achilles, et admodum generosus fuisse creditur; et iunior Neoptolemus, sed fortis erat; infirmus Philoctetes, sed eo egebat adversus Troiam daemonium. Qualis fuit Thersites? Tamen ductor erat agminis: ac nisi immoderata in eo loquacitas ob imperitiam exstitisset, non sane ei acutum et calvum caput exprobratum fuisset. Quicumque philosophari apud nos volunt eos ex vultu non probamus, nec de accedentibus iudicium ex habitu facimus; nam robur animi omnibus inesse posse censemus, quamvis infirmis sint corporibus. Vestra autem invidiae plena sunt ac multae socordiae.

33. Quapropter ex iis rebus quas vos in pretio habetis demonstrare decrevi instituta quidem nostra temperantiam servare, vestra vero insaniã referta esse. Nam qui nos inter mulieres et adolescentes, inter virgines et anus nugari dicitis, et quia vobiscum non sumus irridetis, quid nugarum ferant res Graecorum audite. Nugantur enim eorum instituta dum maiore in pretio sunt quam vestri dii,

Christianos, quod lanificos, sulores, fullones in suis aedibus et illiteratissimos quosque, pueros et mulierculas, ad christianam religionem adducere conentur, ac pueris dicant debere eos relicto patre et praeceptoribus ire cum mulierculis et collusoribus pueris in conclave mulierum aut officinam sutoriam fulloniamve, ut mysteriis inintantur (ἵνα τὸ τέλειον λάβωσι). Digna est quae perlegatur Origenis praeclarissima responsio l. 2. p. 145. Quod autem ethnici Christianis ut probrum obiciebant id religionis defensores magnae laudi esse ducebant, ut paullo antea [c. 32] Tatianus, Iustinus Apol.

Corp. Apoll. Vol. VI.

II. c. 10, Athenagoras Apol. c. 11, Clemens Alex. Strom. IV. p. 497 [ed. Par.], Lactantius Instt. div. VI. c. 4. Vide Iuliani impia dicteria apud Cyrillum VII. p. 229 et responsionem Cyrilli. Maranus. — Cf. etiam Semisch. *Justin d. Märk. P.* I. p. 32.

4. Ἑλλήνων] Fris. in marg. Ἑλλῆσι. — Mox ad τὸν λῆρον Par. 1 in marg.: Γρ. [= γράφεται, scil. in alio codice] τὸν ὕθλον.

5. ὑμῖν] Gesner et Herold. ἡμῖν, ex Fris., qui tamen in marg. ὑμῖν habet. Aet. ἡμῶν. Voce ἐπιτηδεύματα scriptor ad statuas respi-



διὰ τῆς γυναικωνίτιδος ἀσχημονεῖτε. <sup>6</sup> Πράξιλλαν μὲν γὰρ Λύσιππος ἐγαλκουργήσεν, μηδὲν εἰποῦσαν διὰ τῶν ποιημάτων χρῆσιμον, Λεαρξίδα δὲ Μενέστρατος, <sup>7</sup> Σιλανίων δὲ Σακφῶ τὴν ἑταίραν, <sup>8</sup> Ἡρινναν τὴν Λεσβίαν <sup>9</sup> Ναυκύδης, <sup>10</sup> Βοῖσκος Μυρτίδα, <sup>11</sup> Μυρῶ τὴν Βυζαντίαν Κηφισόδοτος. Γόμφος <sup>12</sup> Πραξιγορίδα καὶ Ἀμφίστρατος Κλειτώ. Τί γὰρ μοι περὶ Ἀνύτης λέγειν, Τελεσίλλης τε καὶ Μυστίδος; Τῆς μὲν γὰρ Εὐθυκράτης τε καὶ Κηφισόδοτος, τῆς δὲ Νικήρατος, τῆς δὲ Ἀριστόδοτος εἰσιν οἱ ἑθνηιοργοί. <sup>13</sup> Μνησιαρχίδος τῆς Ἐφεσίας Εὐθυκράτης, Κορίννης Σιλανίων, Θαλαρχίδος τῆς Ἀργείας Εὐθυκράτης. Ταύτας δὲ εἰπεῖν προθυμήθη, ἵνα μηδὲ παρ' ἡμῖν ξένον τι πράττεσθαι νομίζητε, καὶ συγκρίναντες <sup>14</sup> τὰ ὑπ' ὄψιν ἐπιτηδεύματα μὴ χλευάζητε τὰς παρ' ἡμῖν φιλοσοφούσας. Καὶ ἡ μὲν Σακφῶ <sup>53</sup> γύναιον πορνικὸν ἐρωτομανές, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀσέλγειαν ἄδειπᾶσαι δὲ αἱ παρ' ἡμῖν σωφρονουῖσι, καὶ περὶ τὰς ἡλακάτας αἱ παρθένοι τὰ κατὰ θεὸν λαλοῦσιν <sup>15</sup> ἐκφωνήματα τῆς παρ' ὑμῖν παιδὸς σπουδαιότερον. Τούτου χάριν αἰδέσθητε, μαθηταὶ μὲν <sup>D</sup> ὑμεῖς τῶν γυναιῶν εὐρισκόμενοι, τὰς δὲ σὺν ἡμῖν πολιτευόμενας σὺν τῇ μετ' αὐτῶν <sup>16</sup> πανηγύρει χλευάζοντες. Τί γὰρ ὑμῖν

cit, quas statim recenset. — Mox Par. 2 ἀσχημονεῖται.

6. Πράξιλλαν] Enumerat poe-  
trias aliquot, quarum statuæ per  
Græciam celebres fuerunt. Gesne-  
rus. — Nicolaus le Nourry (Appa-  
rat. ad Biblioth. max. vet. Patrum  
P. I, de Tatiano c. II. §. 10) cen-  
set statuas, de quibus scriptor no-  
ster disputat quasque se Romæ vi-  
disse testatur (c. 35), eas aut ple-  
rasque saltem fuisse quas Plinius  
Hist. nat. VII. c. 3 a Pompeio Ma-  
gno in theatro positas esse refert.  
De statuariis autem hic (usque ad  
finem capituli) memoratis fusius agit  
Sillig Catalog. artificum (Dresd.

1827) p. 42. 93. 109. 110. 144 sq.  
187. 210 sqq. 220. 230. 252 sqq.  
265. 270 sq. 281. 290 sq. 294. 379  
sq. 399 sqq. 417 sqq..

7. Σιλανίων] Par. 1. 2 Σειλα-  
νίων. — Cf. quae Sillig, Tatianum  
respiciens, l. c. p. 419 contra Vis-  
contium (Iconograph. gr. Vol. I. p.  
69 sqq.) monuit.

8. Ναυκύδης] Aet. Ναυκίδης.

9. Βοῖσκος] Gesnerus legendum  
coniecit Βοηθός, de quo Sillig. l.  
c. p. 108 sq. adeas.

10. Μυρῶ] Par. 2 Τυρῶ.

11. Πραξιγορίδα] Aet. Πραξη-  
γορίδα.



et circa gynaeceum indecore vos geritis. Praxillam enim, quae nihil utile carminibus dixit, aeneam fecit Lysippus, Learchidem Menestratus, Sappho meretricem Silanion, Erinam Lesbiam Naucydes, Myrtidem Boiscus, Myro Byzantium Cephisodotus, Praxigoridem Gomphus et Clito Amphistratus. Quid enim dicam de Anyta, Telesilla et Mystide? Primae enim Euthykrates et Cephisodotus, secundae Niceratus, tertiae Aristodotus opifices fuerunt: Mnesiarchidis Ephesiae Euthykrates, Corinnae Silanion, Thalarchidis Archivae Euthykrates. Has recensere volui, ne quid novi apud nos existimetis fieri, atque ut, obversantia oculis instituta comparantes, eas quae apud nos philosophantur non irrideatis. Ac Sappho quidem est meretrix et impudica muliercula, ac suam ipsius lasciviam canit; at omnes pudicae apud nos sunt, et circum cola virgines, multo praeclarius quam vestra illa puella, divina oracula pronuntiant. Quapropter pudere vos debet, quod ipsi quidem muliercularum discipuli sitis, mulieres autem nostro instituto addictas cum solemnibus quas obeunt conventibus exagitetis. Qualem

12. *Μνησιαρχίδος*] Praemittitur in Par. 1. 2 et Act. *Κλειτοῦς δὲ Ἀμφίστρατος*. Sed iam antea: *Ἀμφίστρατος Κλειτώ*.

13. τὰ ὑπ' ὄψιν ἐπιτηδεύματα] H. c. statuas illas. — Ad verba τὰς παρ' ἡμῖν φιλοσοφούσας cf. c. 32. n. 12.

14. ἐκφρονήματα] Act. et Fris. (cum eoque Gesner. et Herold.) ἐκφρονήματα, quem errorem (cf. c. 3. n. 17) iam Gesnerus et Stephanus l. c. p. 110 notarunt. Editores inde a Morello veram lectionem receperunt. — Ad verba τῆς παρ' ὑμῖν παιδός Par. 1 in marg.: Γλαυ-

κίππην λέγει. Male. De Sappho enim sermo est. Gesnerus: „Quodsi cui non placet Sappho γυναῖον simul et παιδα nominari, h. e. mulierculam et puellam, is pro παιδός legat παιδείος.“ Sed mutatione non est opus: etiam puellam licebat γυναῖον (Luc. 22, 56 sq.) appellare. Pape *Handwörterb. d. gr. Spr.* Tom. I. p. 425: „Γύνη [ut Latinorum *mulier*] das Weib, zunächst als Gegensatz des Mannes (II. XV. 683 u. sonst), ohne Rücksicht auf Alter und darauf ob sie verheirathet ist oder nicht.“

15. παιηγύρει] Fris. in marg. ὀμηγύρει.



ἢ Γλαυκίππη σεμνὸν εἰσηγήσατο <sup>16</sup> παιδίον, ἣτις τεράστιον ἐγέννησεν, καθὼς δείκνυσιν αὐτῆς ἢ εἰκῶν, Νικηράτου τοῦ Εὐκτήμονος Ἀθηναίου τὸ γένος χαλκεύσαντος; Εἰ γὰρ ἐκύησεν ἐλέφαντα, τί τὸ αἷτιον τοῦ <sup>17</sup> δημοσίας ἀπολαύσαι τιμῆς τὴν Γλαυκίππην; Φρύνην τε τὴν ἑταίραν ὑμῖν Πραξιτέλης καὶ Ἡρόδοτος πεποιήκασι, καὶ Παντευχίδα συλλαμβάνουσαν ἐκ φθορέως Εὐ-169 θυκράτης ἐχαλκούργησεν. Βησαντίδα, τὴν Παιόνων βασίλισσαν, ὅτι παιδίον μέλαν ἐκύησε, Δεινομένης διὰ τῆς ἑαυτοῦ τέχνης μνημονεύεσθαι παρεσκεύασεν. Ἐγὼ καὶ Πυθαγόρου κατέγνωκα, τὴν Εὐρώπην ἐπὶ τοῦ ταύρου καθιδρύσαντος, καὶ ὑμῶν, οἵτινες <sup>18</sup> τοῦ Διὸς τὸν κατήγορον διὰ τὴν ἐκείνου τέχνην τιμηθήκατε. Γελῶ καὶ τὴν <sup>19</sup> Μύρωνος ἐπιστήμην ποιήσαντος μόσχον, ἐπὶ 54 δὲ αὐτοῦ Νίκη, ὅτι τὴν Ἀγίνορος ἀρπάσας θυγατέρα μοιχείας καὶ ἀκρασίας βραβεῖον ἀπηνέγκατο. <sup>20</sup> Τὴν Γλυκέραν τὴν ἑταίραν καὶ Ἀργείαν τὴν ψάλτριαν ὁ Ὀλύμπιος Ἡρόδοτος κατεσκεύασεν. Βρύαξις Πασιφάην ἔστησεν, ἣς τὴν ἀσέλγειαν μνημονεύσαν- B τες μονονουχὶ καὶ τὰς γυναῖκας τὰς νῦν τοιαύτας <sup>21</sup> εἶναι προήρησθε. Μελανίππη τις ἦν σοφὴ· διὰ τοῦτο ταύτην ὁ Λυσίστρατος ἐδημιούργησεν. <sup>22</sup> Ἢ ὑμεῖς δὲ εἶναι παρ' ἡμῖν σοφὰς οὐ πεπιστεύκατε.

34. Πάνυ γοῦν σεμνὸς καὶ ὁ τύραννος Φάλαρις, ὅς, <sup>1</sup> τοὺς ἐπιμαστιδίους θοινώμενος παῖδας, διὰ τῆς Πολυστράτου τοῦ Ἀμπρακιώτου κατασκευῆς μέχρι νῦν ὡς τις ἀνὴρ θαυμαστὸς δείκνυται·

16. παιδίον, ἣτις] Sic emendavi lectionem vulgaram: ... παιδίον; ἢ τίς etc. — Observarunt Harduinus ad Plin. Tom. II. p. 113 et Nourrius l. c. Alcippen, quam Plinius VII. 3 elephantum genuisse narrat, a Glaucippa illa vix diversam esse.

17. δημοσίας] Par. 2 δημοσίον.

18. τοῦ Διὸς τὸν κατήγορον] Iuppiter nimirum, in taurum con-

versus, rapuit Europam, Agenoris filiam.

19. Μύρωνος] Codd. msti, Gesner. et Herold. Μήκωνος habent. Gesnerus aut Μύκωνος (rectius Μίκωνος, cf. Sillig l. c. p. 275) aut Μύρωνος coniecit legendum: uterque inter statuarios numeratur. Recte autem editores Morello praeeunte Μύρωνος praetulerunt: quem, ut Plinius XXXIV. c. 8. §. 19 ait, „bucula [μόσχος] maxime nobilita-



enim vobis Glaucippe et quam praeclaram prolem edidit: quae quidem monstrum peperit, quemadmodum demonstrat eius statua, a Nicerato Atheniensi Euctemonis filio fabricata? Si enim elephantum enixa est, quid causae est cur publico honore fruatur? Phrynen meretricem vobis Praxiteles et Herodotus fecerunt, et Pantheuchidem e scortatore gravidam Euthyrates ex aere fabricavit. Besantidem, Paeonum reginam, quod infantem nigrum enixa esset, Dinomenes arte sua hominum memoriae commendavit. Ego et Pythagoram condemno, qui Europam tauro imposuit, et vos, qui Iovis accusatorem honore ob ipsius artem afficitis. Rideo etiam Myronis artem, qui buculam effinxit eique Victoriam imposuit, quod raptâ Agenoris filiâ adulterii et incontinentiae praemium reportasset. Glyceram meretricem et Argivam psaltriam Herodotus Olynthius expressit. Bryaxis Pasiphaen statuit, cuius lasciviam commemorantes tantum non studio habetis ut tales sint mulieres nostri temporis. Melanippe quaedam sapiens erat: idcirco eam Lysistratus effinxit. At profecto vos sapientes esse apud nos mulieres non creditis.

34. Prorsus certe honestus fuit quoque tyrannus Phalaris, qui, lactentes vorans pueros, Polystrati Ampraciotae arte etiamnunc tamquam vir aliquis admirandus monstratur;

vit, celebratis versibus laudata.“ Cf. Sillig l. c. p. 281 et 287. — Cum ἀρπάσας subaudias μόσχος h. e. Iuppiter.

20. Τὴν Γλ.] Codd. misti διὰ τὴν Γλ., quem errorem perspiciens Gesnerus edidit: (διὰ) τὴν Γλ. Sic etiam Herold.; caeteri διὰ recte expunxerunt.

21. εἶναι] Deest in Act..

22. Ἡ] Hoc ex Par. 1 repo-

sui; reliqui omiserunt. — Caeterum illa de Menalippe verba ironice prolata sunt. Hanc enim mulierem Neptunus ἤσχυεν ὑδρονομένην, ut legitur in Iust. Orat. ad Gent. c. 2.

1. τ. ἐπιμαστ. θοινώμενος παῖδας] Idem testatur Clearchus ap. Athenaeum IX. c. 12. Phalaris, tyrannus Agrigentinus, crudelitate notus erat: inde φαλαρισμός et φαλαρίζειν.



καὶ οἱ μὲν Ἀκραγαντινοὶ βλέπειν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον τὸ προειρη-  
 μένον διὰ τὴν ἀνθρωποφαγίαν ἐδεδίεσαν, οἷς δὲ μέλον ἔστι παι-  
 δείας ἀγχοῦσιν ὅτι δι' εἰκόνας αὐτὸν θεωροῦσι. Πῶς γὰρ οὐ C  
 χαλεπὸν ἀδελφοκτονίαν παρ' ὑμῖν τιμηθεῖται, οἱ Πολυνεΐκους  
 καὶ Ἐτεοκλέους ὄρωντες τὰ σχήματα, καὶ μὴ σὺν τῷ ποιήσαντι  
 Πυθαγόρα <sup>2</sup> καταβοθρώσαντες; Ἐναπόλλυτε τῆς κακίας τὰ ὑπο-  
 μνήματα. Τί μοι διὰ τὸν Περικλύμενον <sup>3</sup> γύναιον, ὅπερ ἐκώησε 55  
 τριάκοντα παῖδας, ὡς θανμαστὸν ἠγεῖσθαι καὶ κατανοεῖν ποίη-  
 μα; Πολλῆς γὰρ ἀκρασίας ἀπενεγκαμένη τὰ ἀπροθίνια βδελύτ-  
 τεσθαι καλὸν ἦν, τῇ κατὰ Ῥωμαίους σὺν παρεικαζομένη, ἣτις  
 καὶ αὐτὴ διὰ τὸ ὅμοιον μυστικωτέρας, <sup>4</sup> ὡς φασιν, ἠξίωται θε- D  
 ραπείας. Ἐμοίχευσε δὲ Ἄρης τὴν Ἀφροδίτην, καὶ τὴν ἀπ' αὐ-  
 τῶν Ἀρμονίαν <sup>5</sup> ἄνδρων ὑμῖν κατεσκεύασε. <sup>6</sup> Λήρους καὶ φλυα-  
 ρίας Σώφρων διὰ συνταγμάτων παραδοὺς ἐνδοξότερος χάριν τῆς  
 χαλκευτικῆς, ἣ μέχρι νῦν ἔστι. Καὶ τὸν ψευδολόγον Αἰσωπον  
 αἰείμηστον οὐ μόνον τὰ <sup>7</sup> μυθολογήματα ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ τὸν  
 Ἀριστόδημον πλαστικὴ περισπούδαστον ἀπέδειξεν. Εἶτα πῶς οὐκ  
 αἰδεῖσθε, τοσαύτας μὲν ἔχοντες ποιητρίας οὐκ ἐπὶ τι χρήσιμον,  
 πόρνας δὲ ἀπίρους καὶ μοχθηροὺς ἄνδρας, τῶν παρ' ἡμῖν γυ- 170  
 ναικῶν διαβάλλοντες τὴν σεμνότητα; Τί μοι σπουδαῖον μανθά-  
 νειν Εὐάνθην ἐν Περιπάτῳ <sup>8</sup> τεκεῖν, καὶ πρὸς τὴν Καλλιστρά-

2. καταβοθρώσαντες] Ita Par. 1 et Aet.; ita Duc. quoque et Maran. recte. Par. 2 (in marg. καταβοθρώσαντες) et Fris. καταβοθρώσαντες, quod quidem verbum corruptum reliqui editores retinuerunt. Illo solus Tatianus usus est. — Maranus male sic distinxit: . . . καταβοθρ., ἐναπόλλυτε τ. κ. τὰ ὑπομνήματα; Pro ἐναπόλλυτε Fris. in marg. ἐναπόλλοιτο et Duc. ἐναπόλοιντο.

3. γύναιον] Haec mulier, quam Periclymenus (cf. Sillig Catalog. artificum p. 330) expressit arteque

sua memoriae commendavit, vocatur Eutychis a Plinio Hist. nat. VII. c. 3. — Daniel (*Tatian. d. Apol.* p. 74) legit: Τί μοι τὸ διὰ Περικλυμένον γύναιον. Sed cave a mutatione. Imago mulieris istiusmodi, licet ab artifice celebrato facta sit, indigna est admiratione. — Pro καὶ (ante κατανοεῖν), quod omnibus codd. mstis firmatur, Morell., Duc., Worth. τὸ admiserunt; neque Daniel (l. c.) errorem sustulit.

4. ὡς φασιν] Scholion in marg. Par. 1 manu itala (cf. c. 10. n. 11): „Virgilius [Aen. III. 390 et VIII.



et Agrigentini quidem talem illius vultum ob humanae carnis esum intueri reformidabant, at qui eruditioni operam dant gloriantur quod eum per imaginem adspiciant. Quomodo non flagitiosum est fraternam caedem apud vos honorari, qui Polynicis et Eteoclis imagines adspicitis, ac non potius eas cum opifice Pythagora defodistis? Perdite nequitiae monumenta. Cur propter Periclymenum mulierculam, quae quidem triginta pueros enixa est, velut admirandum quidpiam intuear et contempler? Nam eam, quae multae incontinentiae fructus tulit, praeclarum erat detestari, utpote illi apud Romanos scrofae assimilatae, quae et ipsa sacrum aliquem cultum ob similem partum assecuta fertur. Moechatus est Mars cum Venere, et natam ex illis Harmoniam Andron vobis expressit. Sophron, qui nugas et ineptias literis mandavit, clarior evasit ob aerariam fabricam, quae etiam nunc exstat. Itidem fabulatore Aesopo perpetuam memoriam non solum fabulae sed Aristodemi quoque plastice celebritatem conciliavit. Ergo quomodo non pudet vos, qui tot poetrias ad nullum finem utilem, innumeras meretrices et improbos viros habetis, mulierum apud nos honestatem calumniari? Quid mihi operae pretium fuerit si discam Evanthen in Peripato peperisse, et Callistrati

44]: Inventa sub ilicibus sus Triginta capitum fetus enixa iacebit." Haec scrofa, triginta porcellos uno partu enixa, Romanis in honore erat. Cf. Lobeck Aglaopham. Tom. I. p. 52. Ibi etiam locum Tatianeum laudavit, sed pro *θεραπειας* errore *τιμης* scripsit.

5. "Ανδρων] Gesner. et Herold. cum Fris. *άνδρων*. Caeteri *Ανδρών* scripserunt. Iam Sillig (l. c. p. 45) errorem correxit.

6. *Αήρους και*] Ael. *λήρους*

*τε και*. — De Sophrone c. 10. n. 16 adeas.

7. *μυθολογήματα*] Fris. in marg. *ψευδολογήματα*. — De Aristodemo statuariao cf. Sillig l. c. p. 93.

8. *τεκείν*] Ael. et Fris. *τέκνων*. Sic etiam editores, praeter Duc. et Maran., qui ex Par. 1 et 2 *τεκείν* restituerunt. Mallet Worltus *τεκοῦσαν*. Evanthē est femina nobis ignota. *Μανθάειν*, scil. in statua. — De duobus statuariis,





του κεκηνέναι τέχνην, καὶ πρὸς <sup>9</sup> τῇ Καλλιᾶδου Νεαίρα παρέχειν τοὺς ὀφθαλμούς; <sup>10</sup> Ἐταίρα γὰρ ἦν. Λαῖς ἐπόρνευσε, καὶ <sup>11</sup> ὁ Τοῦρνος αὐτὴν ὑπόμνημα τῆς πορνείας ἐποίησεν. Διὰ τί τὴν Ἥφαιστιωνος οὐκ αἰδεῖσθε πορνείαν, καὶ εἰ πάνυ Φίλων <sup>12</sup> αὐτὸν ἐντέχνως ποιεῖ; Τίνος δὲ χάριν διὰ Λεωχάρους Γανυμήδη <sup>56</sup> τὸν ἀνδρόγυνον, <sup>13</sup> ὡς τι σπουδαῖον ἔχοντες κτῆμα, τετιμήκατε; Καὶ <sup>14</sup> σπιλούμενόν τι γύναιον Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν. Ἐχρῆν <sup>B</sup> δὲ πᾶν <sup>15</sup> τὸ τοιοῦτον παραιτησαμένους τὸ κατὰ ἀλήθειαν σπουδαῖον ζητεῖν, καὶ μὴδὲ <sup>16</sup> Φιλαινίδος μὴδὲ Ἐλεφαντίδος τῶν ἀφρόρητων ἐπινοιῶν ἀντιποιουμένους τὴν ἡμετέραν πολιτείαν βδελύττεσθαι.

35. Ταῦτα μὲν οὖν οὐ παρ' ἄλλου μαθὼν ἐξεθέμην, πολλὴν ἐπιφοιτήσας γῆν, καὶ <sup>1</sup> τοῦτο μὲν σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα, τοῦτο δὲ τέχναις καὶ ἐπινοίαις ἐγκυρήσας πολλαῖς, ἔσχατον δὲ

quos modo nominabit Noster, audias Sillig. l. c. p. 121 et 129.

9. τῇ] Codd. msl. et editi τὰ.

10. Ἐταίρα γ. ἦν] Demostheni attributa oratio contra Neaeram eliamnum exstat. Gesnerus.

11. ὁ Τοῦρνος] De hoc statuario nihil habet Sillig in Catalogo artificum.

12. αὐτὸν] Pat. 2 et in marg. Fris. αὐτὴν. — De Philone, qui Hephaestionem Alexandri Magni amicum fecit, et de Leochare, qui Ganymedem expressit, plura dedit Sillig l. c. p. 350 sq. et 258 sqq.

13. ὡς τι] Aet. ὥστε. —

14. σπιλούμενον] Codd. msl. ὀψελιούμενον. Sic etiam Gesner. et Herold.; sed ille suspicatus est scribendum σπιλούμενον, idque editores et Sillig l. c. p. 381 receperunt. Nam a Plinio XXXIV. c. 8. s. 19 Praxiteles praeter Stephu-

sam et Oenophorum dicitur effinxisse *Spilumenen*, h. e. maculatam seu contaminatam: quae quidem huic loco optime convenit ubi exempla statuarum impudicitiae proferuntur. Gesnerus per *Spilumenen* (maculatam) intelligit *Venerem Praxitelis Cnidiam*, de qua Plinius XXXVI. c. 5. s. 4: „Ferunt amore captum quendam, cum delituisse noctu, simulacro cohaesisse, eiusque cupiditatis esse indicem maculam.“ Idem in aliis accidisse statuis *Praxitelis* Plinius l. c. testatur, e. g. in *Cupidine*; „adamavit enim eum *Alchidas Rhodius*, atque in eo quoque simile amoris vestigium reliquit.“ Fortasse ad *Floram* contaminatam respicit *Tatianus*. Romae statuarii illius nobilissimi opus inter alia erat (teste Plinio l. c.) *Flora*: quam quidem Romani meretricem fuisse putabant (*Lactant. Institt. div. I. c. 20. §. 6*); quare in *Floralibus* me-



arti inhiem, et in Calliadae Neaera oculos defigam? Meretrix enim erat. Lais scortata est, et Turnus eam scortationis monumentum statuit. Cur non vobis pudori est Hephaestionis scortatio, etsi eum Philo affabre exprimat? Quare propter Ganymedem Leocharis cynaedum, velut praeclarum quippiam possidentes, honore afficitis? Et contaminatam quamdam mulierculam Praxiteles effinxit. Atqui oportebat vos omnibus eiusmodi rebus amandatis quae vere praeclara sunt quaerere, nec Philaenidis et Elephantidis nefanda inventa adsciscentes nostrum vivendi genus detestari.

35. Haec equidem non ab alio accepta exposui, qui multas invisi regiones, et partim professus sum vestra studia rhetorica, partim in artes et inventa multa incidi, et

retrices prae caeteris solebant apparere. Cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. III. p. 489. — Worthus mallet: ... τετιμῆκατε· καὶ ὁ ψελλιούμενόν (? *armillis ornatum*) τι γύναιον, ὃ Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν; — quae emendatio calculo critico indigna est. Quid? Ut alias quas in animo habeo coniecturas taceam, sunt fortasse quibus persuadere possem Talianum scripsisse ἐψιλωμένον seu ψιλούμενον, mulierem nudatam seu nudam. Legunt quidam apud Plinium XXXIV. c. 8 *Psilumenen* pro *Spilumenen*.

15. τὸ τοιοῦτον] Codd. editi addunt εἶδος. In sola editione Marani omissum est, quum absit a Par. 1: in quo alia manus ad marg. apposuit.

16. Φιλαινίδος... Ἐλεφαντίδος] Utraque de rebus impudicis scripsit. Cf. Iustin. Apol. II. c. 15.

n. 6 et Pauly l. c. p. 79. — Suidas s. v. Ἀστυνάσσα: ... ἦτις (Aslyanassa) πρώτη τὰς ἐν τῇ συνοσίᾳ κατακλίσεις εὗρεν καὶ ἔγραψε περὶ σχημάτων συνοσιαστικῶν, ἣν ὕστερον ἐξήλωσαν Φιλαινίς καὶ Ἐλεφαντίνη (= Ἐλεφαντίς), αἱ τὰ τοιαῦτα ἐξορησάμεναι ἀσελήματα.

1. τοῦτο μὲν σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα] C. 1: ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' ὑμῖν σοφίᾳ, κἂν εἰ πάννυ σέμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Utrumque locum (coll. c. 42: παιδευθεὶς πρώτον τὰ ὑμέτερα) respexit Eusebius Hist. eccl. IV. c. 16 dicens: Τατιανὸς ἀνὴρ τὸν πρώτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι καὶ δόξαν οὐ μικρὰν ἐν αὐτοῖς ἀπενηνεγμένος. Illud σοφιστεύειν, Taliano et Eusebio usitatum, duce Valesio (ad Eus. l. c.) Longuerue (Dissert. de Taliano p. V sq.), Ceillier (Hist. gén.



τῇ Ῥωμαίων ἐνδιατρίψας πόλει, καὶ τὰς ἀφ' ὑμῶν <sup>2</sup> ὡς αὐ-  
 τοὺς ἀνακομισθεῖσας ἀνδριάντων ποικιλίας καταμαθῶν· <sup>3</sup> οὐ γάρ,  
 ὡς ἔθος ἐστὶν τοῖς πολλοῖς, ἀλλοτρίαις δόξαις τάμαντοῦ κρα- C  
 τύνειν πειρῶμαι, πάντων δὲ ὧν ἀποποιήσομαι αὐτὸς τὴν κατά-  
 ληψιν τούτων καὶ τὴν ἀναγραφὴν <sup>4</sup> συντάττειν βούλομαι. Διό-  
 περ χαίρειν εἰπὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχίᾳ καὶ τῇ Ἀθηναίων  
 ψυχρολογίᾳ, δόγμασιν ἀσυναρτήτοις, τῆς <sup>5</sup> καθ' ἡμᾶς βαρβάρου  
 φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην· ἥτις ὄν τρόπον ἐστὶν τῶν παρ' ὑμῖν  
 ἐπιτηδευμάτων ἀρχαιοτέρα γράφειν μὲν ἀρξάμενος, διὰ δὲ τὸ κα-  
 τεπεῖγον τῆς ἐξηγήσεως ὑπερθέμενος, νῦν ὅτε καιρὸς περὶ τῶν  
 κατ' αὐτὴν δογμάτων λέγειν πειράσομαι. Μὴ γὰρ δυσχεράνητε <sup>57</sup>  
 τὴν ἡμετέραν παιδείαν, μηδὲ φλυαρίαις καὶ βωμολοχίαις μεστὴν D  
 ἀντιλογίαν καθ' ἡμῶν πραγματεύησθε, λέγοντες· Τατιανὸς ὑπὲρ  
 τοὺς Ἕλληνας, ὑπὲρ τὸ ἄπειρον τῶν <sup>6</sup> φιλοσοφησάντων πλῆθος,  
 καινοτομεῖ τὰ βαρβάρων δόγματα. Τί γὰρ χαλεπὸν ἀνθρώπους  
 πεφηνότας ἀμαθεῖς ὑπὸ ἀνθρώπου νῦν ὁμοιοπαθοῦς συνελέγε-  
 σθαι; Τί δὲ καὶ ἄτοπον <sup>7</sup> κατὰ τὸν οἰκεῖον ὑμῖν σοφιστὴν γη-  
 ράσκειν αἰεὶ πάντα διδασκομένους;

des auteurs sacr. et ecclés. Tom. II. Par. 1730. p. 123 sqq.), Walch (Histor. haeres. Tom. I. p. 426), alii, ad studia philosophiae retulerunt. Licet quidem illud verbum transferre interdum *argutari* (coll. c. 25: ὁ κατ' Ἐπίκουρον σοφιστεύσας), sed potissimum (vid. Steph. Thes.) significat *sophisticam artem docere vel rhetoricam profiteri*. Itaque Rufinus σοφιστεύσας Eusebianum interpretatus est: „magistrum egit eloquentiae.“ Etiam Hieronymus de vir. illustr. c. 29: „Tatianus qui primum oratoriam docens non parvam sibi ex arte rhetorica gloriam comparaverat.“ Theodoretus Haer. fab. I. c. 20: σοφιστῆς ἐγεγόνει τὸ πρῶτον. Ac ne-

scio quo iure Valesius notiones rhetoris et sophistae (philosophi) tam anxie seiunxerit. Sane sophistae erronei, imperium romanum illo tempore peragrantes, rhetoricam passim docebant. Cf. Cresollii Theatrum vet. rhetorum I. III. c. 3 sq. Etiam verba, quae Tatianus addit, τέχναις καὶ ἐπινοίαις ἐγκυρήσας πολλαῖς aperte de rhetoricis sophistarum artificiis accipienda sunt. Comp. c. 12: Ταῦτα δὲ ἡμῶν λεγόντων οὐκ ἀπὸ γλώττης οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἐννοιῶν, συντάξεώς τε σοφιστικῆς (ut prius), θειοτέρας δὲ τινος ἐκφωνήσεως λόγοις καταχρωμένων. Inde Maranus quoque (Prolegg. p. XCVIII) non assentitur „eruditus viris Euse-



tandem in Romanorum commoratus sum urbe, et statuarum varietates a vobis ad illos delatas inspexi; non enim, ut plerique solent, alienis opinionibus mea confirmare aggredior, sed quaecunque ipse vidi ea literis mandare volo. Vale igitur dicto et Romanorum iactantiae et Atheniensium vaniloquentiae, dogmatibus male sartis, barbaram nostram philosophiam complexus sum: quae quomodo vestris institutis antiquior sit quum scribere inceperim, sed propter instantem narrationem distulerim, nunc, quum tempus est, de illius dogmatibus disserere aggrediar. Ne aegre feratis nostram disciplinam, nec refertam nugis et scurriliter dictis confutationem in nos elaboretis, dicentes: „Tatianus supra Graecos, supra infinitam eorum qui philosophati sunt multitudinem, nova barbarorum dogmata sequitur.“ Quid enim incommodi est homines, quorum imperitia monstrata est, nunc ab homine eiusdem naturae argui? Aut quid absurdi est more vestri sophistae semper senescere omnia discentes?

bli locum ita ad philosophiam referentibus, ut non solum rhetoricae professionem sed etiam eloquentiae laudem Tatiano abiudicent.“ Cf. Daniel *Tatian. d. Apol.* p. 17 sqq..

2. ὡς αὐτοῦς] Sic codd. msti praeter Par. 2, qui ὡσαύτως errore habet. Illam lectionem recte servarunt Gesner., Herold., Maran.; sed reliqui editores αὐτοῦς admiserunt: unde Pearson. frustra coniecit πρὸς αὐτούς. Pro ποικιλίας Morell. inepte ποικιλίας. Caeterum adi c. 33. n. 6.

3. οὐ γὰρ, ὡς] Sic Par. 1 et Maran.; caeteri codd. msti et editi οὐχ ὡς. — Tum ἐστὶν (codd. msti) pro ἐστὶ reposui, quod Morell. induxit. Pariter paullo post ἐστὶν τῶν comparet.

4. συντάττειν] Vulgo συντάσσειν. Cf. c. 1. n. 15.

5. καθ' ἡμᾶς] Henr. Stephanus (in edit. *Epist. ad Diogn.* p. 107) praeter necessitatem putavit καθ' ὑμᾶς legendum. Cf. c. 1. n. 1. — De antiquitate religionis (philosophiae) christianae exponere incepit c. 31; sed expositionem propter aliud argumentum necessarium, c. 32 — 34, non absolvit.

6. φιλοσοφησάντων] Suppeditarunt Par. 1 et Aet.; caeteri, ut editi, φιλοσοφούντων. In Par. 1 scriba πλήθος, quod in textu errore omisit, adscripsit margini: Maran. male expunxit.

7. κ. τὸν οἶκ. ὑμῶν σοφιστήν] Scriptor per sophistam non se, ut visum est Tentzelio in *Miscell. ec-*



36. <sup>1</sup> Πλήν Ὅμηρος ἔστω <sup>2</sup> μὴ ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτὸν <sup>3</sup> ὑπειλήφθω τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, ἔτι 171 δὲ καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἀγαμέμνονα <sup>4</sup> συστρατεύεσθαι, καὶ εἰ βούλεται τις πρὶν καὶ τῶν στοιχείων γεγονέναι τὴν εὔρεσιν. <sup>5</sup> Φανήσεται γὰρ ὁ προειρημένος Μωυσῆς αὐτῆς μὲν τῆς Ἰλιακῆς ἀλώσεως πρεσβύτερος πάνυ πολλοῖς ἔτεσι γεγονώς, τῆς <sup>6</sup> δὲ Ἰλλίου κτίσεως καὶ τοῦ Τρωῶς καὶ Δαρδάνου λίαν ἀρχαιότερος. Ἀποδείξεως δὲ <sup>7</sup> ἔνεκεν μάρτυσι χρήσομαι Χαλδαίους, Φοίνιξιν, Αἴγυπτιοῖς. Καὶ <sup>8</sup> τί μοι λέγειν πλείονα; Χρῆ γὰρ τὸν πείθειν ἐπαγγελλόμενον συντομωτέρας ποιῆσθαι τὰς περὶ τῶν πραγμάτων πρὸς τοὺς ἀκούοντας διηγήσεις. <sup>9</sup> Βηρωσὸς ἀνὴρ Βαβυλώνιος, 58

cles. P. I. p. 219, sed Solonem intelligit. Cf. Fabricius Biblioth. gr. ed. Harles. Vol. VII. p. 88. Sophistam, nomen olim honestum, eum vocat quia unus erat ex numero septem sapientium: qui quidem apud Herodotum (e. g. Hist. I. c. 29) σοφισταὶ appellantur. Pentameter in Elegiis Solonis, a veteribus non semel laudatus, sic habet:

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Cf. Solonis Carm. ed. Bach (Bonn. 1825) p. 22. — Worthus pro αἰεὶ mallet αἰεὶ. Pro πάντα, quod est in codd. mstis, Fris. in marg. offert πολλά, idque Stephanus (l. c. p. 110) commendavit et Ducaeus posuit in textu. Non muto.

1. Πλήν etc.] Haec omnia usque ad finem Orationis (cc. 36—42) Eusebius transscripsit in Praeparat. evang. X. c. 11, ex edit. Heinichen. Tom. II p. 94—98 et ex edit. Gaisford. Tom. II. p. 517—525. Cf. c. 31. n. 1. — Iam Tatianus post longam digressionem ad id redit quod sibi proposuerat demonstrandum: Mosē Homero velustiore

esse. Est autem (Gesner.) locus per concessionem ἐκ περιουσίας. „Licet enim dissentiant scriptores omnes, tamen Troiano bello inferiorem statuunt Homerum; sed concedatur in ipso bello Troiano fuisse, aut etiam eo tempore quo literae apud Graecos primum inventae sunt, neque enim ante illarum inventionem poema suum scribere potuisset, deprehenderetur tamen Mose posterior.“

2. μὴ ὕστερον] Sic ex Par. 1 reposui. Caeteri codd. msti negationem non agnoscunt; neque editores eam praebent, excepto Marano, qui Eusebium (μὴ μόνον ὕστερος) secutus dedit μὴ μόνον ὕστερον.

3. ὑπειλήφθω] Eus. addit γεγονέναι. Mox articulum τὸν ante Ἀγαμέμνονα omittit.

4. συστρατεύεσθαι] Ita Par. 1. 2 et in marg. Fris.; hic vero (ut Gesner. et Herold.) cum Aet. in textu habet συνιστρατεύεσθαι. Eus. in edit. Vig.-Heinich. συνεχστρατεύσαι (Eus. Ven. συνεστρατεύσαι), in edit. Gaisf. (Eus. Par. 1 et Flor. 1. 2) συνεχστρατεύσθαι. Eus.



36. Caeterum Homerus sit non iunior Iliacis rebus, sed ipsi bello aequalis, immo etiam sub Agamemnone militasse, et, si quis vult, ante ipsas literas inventas existisse existimetur. Perspicuum enim erit praedictum Moson ipso Ilii excidio omnino antiquiorem fuisse multis annis, vel potius Ilii constructionem et Trois ac Dardani aetatem antecedere. Cuius rei demonstrandae causa testibus utar Chaldaeis, Phoenicibus, Aegyptiis. Et quid plura dicam? Oportet enim ut qui persuadendi operam profitetur res quasque audientibus quam brevissime enarret. Berosus vir

Par. 3 et Oxon. *συνεστρατεῦσθαι*. — Pro *καὶ εἰ βούλεται τις* etc. Eus. legit: *κἄν βούληται* (Eus. Par. 1 et Flor. 1 *βούλεται*) *τις καὶ πρὶν τῶν στοιχείων τὴν εὕρησιν γεγόνειναι*.

5. *Φανήσεται γὰρ* etc.] Cf. c. 31. n. 5. — Apud Herold. *τῆς* ante *Ἰλιακῆς* et apud Euseb. *γεγονώς* post *πολλοῖς ἔτεσι* excidit.

6. δὲ] Hanc voculam, quum abesset a codd. mstis et editis, Maranus desumpsit ex Eusebio, qui sic habet: *τῆς δὲ γεγυνίας Ἰλίου*. Herold. *κτῆσεως* pro *κτίσεως*. Mox Eus. Par. 2 *Πανδάρου* pro *Δαρδάνου*.

7. *ἔνεκεν*] Eus. *ἔνεκα*. Sed Eus. Par. 2 et Flor. 1. 2 *ἔνεκεν*.

8. *τί μοι λέγειν*] Eus. in edit. Vig.-Heinich. *τί με λέγειν δεῖ*. Sed in edit. Gaisf. (Eus. Par. 1. 3 et Oxon.) cum Tatiano consentit. Eus. Par. 2, Flor. 1. 2, Ven. *τί μοι λέγειν δεῖ*. — Infra in Eus. Par. 2 *περὶ* ante *τῶν πραγμάτων* excidit.

9. *Βηρωσός*] Eus. hic et paullo infra *Βηρωσσός*, quae forma (Iust. Cohort. ad Gent. c. 37. n. 4) magis frequentata est. Cf. I. D. G.

Richter De Beroso Chaldaeorum historiae et astronomiae veteri scriptore (Lips. 1825) p. 1. — Eusebius pro *κατ' Ἀλ. γεγονώς* (*qui fuit*: cf. c. 31 *κατὰ Καμβ. γεγονώς*, c. 39 *κατὰ Ἰναχον γεγονώς*) habet eodem sensu *κατὰ Ἀλ. γενόμενος*. Tum vero verba *Ἀντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν* (h. e. Alexandrum Magnum) *τρίτῳ*, interpretis vel emendatoris personam suscipiens, mutavit in *Ἀντιόχῳ τῷ μετὰ Σέλευκον τρίτῳ*. Sed, id quod viros doctos valde vexavit, quinam est ille Antiochus, cui Berosus suam Chaldaeorum historiam dicavit? Etenim postquam Alexander e vita decessit, anno a. Chr. 323, duces eius diu dimicant de summo imperio. Seleucus (Nicanor) tandem praeter Babyloniam, rebus apud Ipsum a. 301 feliciter gestis, Syriam obtinuit. Huic successit a. 281 filius Antiochus (I) cognomine *Σωτήρ*. Quo mortuo Antiochus (II) *Θεός* coepit a. 262 Imperare. Itaque censent Perizonius (Origg. Babyll. c. 1. p. 16) Berosum Antiocho *Σωτήρι* et Gallandius Antiocho *Θεῷ* librum nuncupasse. Vos-



ιερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς Βήλου, κατ' Ἀλέξανδρον γεγονώς, Ἀντιό- B  
 χω τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλί-  
 οῖς κατατάξας καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων <sup>10</sup> ἐκθέμενος, ἀφηγεῖ-  
 ται τινος αὐτῶν ὄνομα Ναβουχοδονόσορ, τοῦ στρατεύσαντος ἐπὶ  
 Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους· ἅτινα διὰ τῶν καθ' ἡμᾶς προφητῶν  
 ἴσμεν κεκηρυγμένα, γεγονότα μὲν πολὺ τῆς Μωυσέως ἡλικίας  
<sup>11</sup> κατώτερα, πρὸ δὲ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα.  
 Βηρωσὸς δὲ ἔστιν ἀνὴρ ἰκανώτατος· καὶ τούτου τεκμήριον Ἰό-  
 βαρ, <sup>12</sup> ὅς, Περὶ Ἀσσυρίων γράφων, παρὰ Βηρωσοῦ <sup>13</sup> φησι

sius autem (De histor. gr. ed. We-  
 sternmann. p. 121 sq.), Worthus (qui  
 illius verba in edit. suam transscrip-  
 sit), Richter (l. c. p. 5 sq.) rem  
 relinquunt in incerto. Quid? Si  
 Eusebio credere velimus, Antiocho  
 Θεῶ Berosus historiam obtulit; vi-  
 delicet Seleucus primus est, secun-  
 dus Antiochus Soter, tertius Antio-  
 chus Deus. Sed apud Tatianum  
 quoque, quum Antiochus nominatur  
 qui tertius est ab Alexandro, licet  
 intelligere Antiochum Θεόν; ab  
 Alexandro enim proximus est Se-  
 leucus, alter Antiochus Soter, ter-  
 tius Antiochus Deus. Quodsi Bero-  
 sus, quum Alexander obiret, fuerit  
 annorum circiter viginti (cf. fragm.  
 Alexandri Polyhist. ap. Richter. p.  
 47 et ibid. n. 1), necesse est eum,  
 quum imperium ad Antiochum Deum  
 pervenisset, fuisse octogenarium. Nil  
 sane prohibet quo minus statuamus  
 senem historiam scripsisse aut antea  
 scriptam misisse regi. At scrupulus  
 (cf. Bähr in Pauly Real-Encyclo-  
 paedie d. class. Allerthumswiss.  
 Tom. I. p. 1101 et Bunsen Aegy-  
 ptens Stelle in der Weltgeschichte  
 Lib. III, Hamb. 1845, p. 93) tolli-  
 tur, si verba Tatiani ita interprete-

mur ut ipse in rationem veniat  
 Alexander, secundus sit Seleucus,  
 tertius Antiochus Σωτήρ: ad quem  
 ab obitu Alexandri sunt tantummodo  
 anni XLII; unde Berosus fere sexa-  
 genarius ac paullo senior historiam  
 obtulerit regi Antiocho Soteri. Utut  
 est, Syncello teste Berosus librum  
 suum edidit aetate Ptolemaei Phila-  
 delphi, qui in Aegypto inde ab anno  
 284 per 38 annos regnavit: et anno  
 quidem eius tertio imperium Syriae  
 suscepit Antiochus Soter, anno au-  
 tem demum vigesimo secundo An-  
 tiochus Deus. Aliter etiam aetatem  
 Berosi Vossius l. c. adstruit. „Si-  
 quidem Plinius Hist. nat. VI. c. 55  
 refert Berosum tradere memoriam  
 quadringentorum annorum et octo-  
 ginta: qui sine dubio sunt anni Na-  
 bonassaris. At caput aerae Nabon-  
 assareae surgit Olympiadis VIII  
 anno 2. A quo tempore si annos  
 numeres 480, incidemus in extrema  
 tempora Antiochi Σωτήρος. Quare  
 vel huic vel filio eius Antiocho Θεῶ  
 historiam suam dicaverit Berosus.“  
 Idem V. D. Gesnerum refutat, „qui  
 per Alexandrum intelligi putat non  
 Philippi filium cognomento Magnum,  
 sed eum qui in Syriae regno Deme-



Babylonius, Beli apud Babylonios sacerdos, qui, Alexandro aequalis, tertio post eum Antiocho historiam Chaldaeorum tribus libris inscripsit et res gestas regum exposuit, quemdam ex iis commemorat nomine Nabuchodonosor, qui expeditionem suscepit in Phoenices et Iudaeos: quae a prophetis nostris praedicata scimus, ac multo quidem Mosis aetate serius contigisse, annis videlicet ante Persarum imperium septuaginta. Berosus autem est vir fide dignissimus; et huius rei argumentum est, quod Iuba, De rebus

trio Soteri successit successoremque habuit Demetrium Nicanorem, per Antiochum vero capit Antiochum Sidetem, qui post Demetrium Nicanorem regnavit. Haec enim si vera essent, Berosus saeculo toto esset iunior Manethone. Atqui Manethos floruit sub Philadelpho. Philadelphus obiit anno tertio Olympiadis CXXXIII. At Antiochus Sidetes Syriam invasit anno primo Olympiadis CLX. Quomodo tum demum vixisse Berosus potest, qui paulo antiquior est ipso Manethone? Quod disertim dicit Georgius Syncellus. "Temere Io. Fr. Schrocerus (Imperium Babylonis et Nini, Francof. 1726, p. 37) suspicatur verba *Ἀντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ* ab aliena manu adiecta esse.

10. *ἐκτιθέμενος*] Eus. *ἐκτιθέμενος*. Eus. Par. 2 *ἐκτιθέμενος*, Par. 3 *ἐντιθέμενος*. — Mox ὄνομα in Ael. deest. — Tum Eus. Par 2 ἄ pro ἄτινα.

11. *κατώτερα, πρὸ δὲ τῆς*] Sic ex Eusebio iuxta edit. Gaisf. emendavi lectionem in codd. mstis et editis conspicuam *κατώτερα, πρὸ τῆς*. Maranus ex Eusebio secundum edit.

Vig., quacum Heinich. facit, dedit *κατώτερον, πρὸ δὲ τῆς*. Sed omnes quoque Eus. codd. msti *κατώτερα* suppeditant. — Clemens Alex., Tatiani vestigiis, Strom. I. c. 21. §. 121: *Ἐν δὲ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Σιδεκίου βασιλείας Ναβουχοδονόσορ, πρὸ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα, ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους ἐστράτευσεν, ὡς φησὶ Βῆρωσος ἐν ταῖς Χαλδαϊκαῖς ἱστορίαις*.

12. ὅς] Hanc voculam, ob similem syllabam nominis *Ἰόβας* a librariis praetermissam, ante me Maranus ex Eusebio reposuit. — Clemens Alex. l. c.: *Ἰούβας* (vulg. *Ἰούβας*) δέ, περὶ Ἀσσυρίων γράφων, ὁμολογεῖ τὴν ἱστορίαν παρὰ Βηρώσσου ελληρῆναι μαρτυρῶν τὰ λήθειαν τάνδρῳ. Designatur Iuba II, Mauritaniae rex, qui praeter alia permulta (cf. Pauly l. c. Tom. IV. p. 345) etiam περὶ Ἀσσυρίων scripsit. Legas quae hac de re disserit Sevin: Mémoires de l'Académie Royale des Inscriptions Tom. IV. p. 143 sqq.

13. φησὶ] In Eus. Par. 3 excidit.





μεμαθηκέναι τὴν ἱστορίαν. Εἰσὶ δὲ αὐτῶ βιβλοὶ Περὶ Ἀσσυρίων δύο.

37. Μετὰ δὲ <sup>1</sup> τοὺς Χαλδαίους τὰ Φοινίκων οὕτως ἔχει. C  
<sup>2</sup> Γεγόνασιν παρ' αὐτοῖς τρεῖς ἄνδρες, Θεόδοτος, Ἵψικράτης, Μῶχος· τούτων τὰς βίβλους εἰς ἑλληνίδα κατέταξεν φωνὴν  
<sup>3</sup> Χαῖτος, ὁ καὶ τοὺς βίους τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβὲς πραγματευσάμενος. Ἐν <sup>4</sup> δὲ ταῖς τῶν προειρημένων δηλοῦται ἱστορίαις κατὰ τινὰ τῶν βασιλέων Εὐρώπης ἀρπαγὴν γεγονέναι, Μενελάου τε εἰς τὴν Φοινίκην ἄφιξις, καὶ τὰ περὶ <sup>5</sup> Χείραμον, ὅστις Σολομῶνι τῷ Ἰουδαίων βασιλεῖ πρὸς γάμον δούς <sup>6</sup> τὴν θυγατέρα καὶ ξύλων παντοδαπῶν ὕλην εἰς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐδώρησατο. Καὶ Μένανδρος δὲ <sup>7</sup> ὁ Περγαμηνὸς περὶ τῶν αὐτῶν D τὴν ἀναγραφὴν ἐποίησατο. Τοῦ δὲ Χείραμου ὁ χρόνος ἤδη 59 πού τοις Ἰλιακοῖς ἐγγίξει· Σολομῶν δὲ ὁ κατὰ Χείραμον πολὺ κατώτερός ἐστι τῆς Μουσέως ἡλικίας.

1. τοὺς Χαλδαίους] Ita Par. 1. 2 et Maranus. Fris., Aet., Gesner., Herold τοὺς Χαλδαίων. Fris. in marg. τὰ Χαλδαίων, id quod Morell., Duc., Worth. textui inse-ruere.

2. Γεγ. etc.] Eus. Γεγόνασι παρ' αὐτοῖς ἄνδρες τρεῖς, Θεόδ. etc.. De Theodoto, Hypsicrate et Mocho cf. Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. III. p. 1560, V. p. 122, VI. p. 1847.

3. Χαῖτος] Eus. ex edit. Vig.-Heinich. Ἰαίτος. Sed Eus. Par. 1. 3, Flor. 1. 2, Ven., Oxon. habent Ἰαίτος. Ex quo fecit Gaisfordus Λαῖτος. Clemens enim Strom. I. c. 21. §. 114 (vide infra n. 5), ubi Tatianum respexit, Λαῖτος dedit: id quod apud Tatianum quoque substituendum censuit Reinesius (*Ἱστορομμενα* linguae punicae, in Graevii Synt. varr. Dissertt. Ultraï. 1702.

4<sup>o</sup>, p. 50), assentientibus Ionsio (*De scriptt. histor. philos.*, Ien. 1716. 4<sup>o</sup>, P. II. p. 257), Nourrio (*Appar. ad Biblioth. Max. vett. Patr. P. I.* p. 547), Wortho, Marano, Westermannno (ap. Voss. *De histor. gr.* p. 504. n. 15), aliis. At neque Laetus rerum phoeniciarum scriptor alibi memoratur. Quare retineo Χαῖτος, lectionem codicum Tatianeorum, quae etiam Moversio (*Das phoenizische Alterthum P. I.*, Berol. 1849, p. 337) placet. Causa mutationis facile cognoscitur; Χαῖτος enim in Λαῖτος et Ἰαῖτος, ob literarum ΧΑ ΛΑ ΛΑ similitudinem, facile abire poterat. — Pro ὁ καὶ τοὺς βίους, quod quidem Gesnerus et Pearsonus legendum coniecerunt et Maranus (ope Eusebii) restituit, codd. msti et editi καὶ ὁ τοὺς βίους praebent. Ionsius l. c. asterisco (Χαῖτος, \* καὶ ὁ τοὺς βίους) deceptus, quo non



Assyriorum scribens, historiam se a Beroso didicisse dicit. Scripsit autem libros De rebus Assyriorum duos.

37. Post Chaldaeos sic se habent res Phoenicum. Exstiterunt apud eos tres viri, Theodotus, Hypsicrates, Mochus: horum libros in graecam convertit linguam Chaetus, qui etiam vitas philosophorum accurate conscripsit. In his autem historiis narratur sub quodam rege raptum Europae contigisse, et Menelai in Phoeniciam adventus, et id quod pertinet ad Chiramum, qui filiam suam Salomoni Iudaeorum regi in matrimonium dedit et omne lignorum genus ad templi constructionem suppeditavit. Menander etiam Pergamenus eadem scripsit. Chirami autem aetas iam Iliacis rebus vicina est: ac Salomo Chiramo aequalis multo recentior est Mosis aetate.

defectus aliquis sed Gesneri conjectura in margine collocata indicatur, temere legit *Λαῖτος καὶ Φίλων ὁ τοὺς βίους* etc..

4. δὲ] Eus. δὴ. Idem paullo infra *ἀρπαγή* pro *ἀρπαγήν*. Deinde *ἄφιξις* (Par. 1. 2 et Eus.) cum Marano scripsi pro vulg. *ἄφιξιν*.

5. *Χείραμον*] Eus. hic et infra *Εἶραμον*. Pearsonus vult *Εἰρωμον*. Hic rex varie scribitur apud veteres: *Ἰέρωμος* (Theophil.), *Εἰρωμος* (Ioseph.), *Ἰέρωμος* (ap. Hebr.), *Χιράμ* (LXX), *Εἶραμος* (Ioseph., Clem.). *Χείραμος* (iuxta LXX) apud solum Tatianum, quod sciam, hic et infra audit. Plura dabit Movers l. c. p. 327 sq. — Clemens Alex., nostrum secutus scriptorem, l. c. (vide supra n. 3) ait: *Εἶραμος τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Σολομῶνι δίδωσι καθ' οὗς χρόνους μετὰ τὴν Τροίαν*

Corp. Apoll. Vol. VI.

*ἄλωσιν Μενελάω εἰς Φοινίκην ἄφιξις, ὡς φησι Μένανδρος ὁ Περγαμηνὸς καὶ Λαῖτος ἐν τοῖς Φοινικικοῖς*. Pariter in Anecd. gr. Paris., a Cramero editis, Tom. II. p. 229 legitur: *οὗ* (Hieromi) *τὴν θυγατέρα ἔγημε Σολομῶν, ὡς ἱστορεῖ Τατιανός*.

6. *τὴν θυγατέρα*] Eus. *τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα*. Mox idem *τοῦ νεῶ* pro *τοῦ ναοῦ*. Herold. articulum errore omisit.

7. *ὁ Περγαμηνός*] Praetermisit Herold. articulum mendose. — Caeterum hic Menander Pergamenus non diversus est a Menandro Ephesio. Cf. Meziriac. ad Ovid. Heroid. Tom. II. p. 147 sqq. et Ebert. Diss. Sicul. p. 145 sqq.. Scripsit opus de rebus gestis regum graecorum et barbarorum, cuius pauca tantum fragmenta supersunt.



38. Αἰγυπτίων <sup>1</sup> δέ εἰσιν αἱ ἐπ' ἀκριβῆς χρόνων ἀναγραφαί· καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς <sup>2</sup> πραγμάτων ἑρμηνεύς ἐστὶ Πτολεμαῖος, οὐχ ὁ βασιλεὺς, ἱερεὺς δὲ Μένδητος. <sup>3</sup> Οὗτος τὰς τῶν βασιλέων πράξεις ἐκτιθέμενος κατ' ἄμωσιν βασιλέα Αἰγύπτου γεγενῆσθαι Ἰουδαίοις φησὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν, εἰς ἅπερ <sup>5</sup> ἦλθον χωρία, Μωυσέως ἡγουμένου. <sup>6</sup> Λέγει δὲ οὕτως· Ὁ δὲ ἄμωσις ἐγένετο κατ' Ἰναχον βασιλέα. Μετὰ δὲ <sup>7</sup> τοῦτον Ἀπίων ὁ γραμματικός, ἀνὴρ δοκιμώτατος, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν (πέντε δὲ εἰσιν αὐτῷ γραφαί) πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, φησὶ δὲ ὅτι <sup>8</sup> Κατέσκαψε τὴν Αὔαριν ἄμωσις κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος Ἰναχον, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος.

1. δέ ε. αἱ ἐπ' ἀκριβῆς χρόνων ἀναγραφαί] Sic Duc. et Maran., quibus accedunt Bunsen *Aegyptens Stelle in der Weltgeschichte* Lib. III. p. 53 et Boeckh („Manetho und die Hundssternperiode“) in Ad. Schmidtii *Zeitschrift für Geschichtswissenschaft* Tom. II (Berol. 1844) p. 578. Pro ἐπ' ἀκριβῆς (Fris. in marg.) Gesner., Herold., Morell., Worth. (ut codd. msti) habent inepte ἐπ' ἀκριβεῖς. Formula ἐπ' ἀκριβῆς etiam in c. 37 legitur. Pro χρόνων (Fris. in marg., Par. 1. 2, Act.) Gesner., Herold., Morell. male χρόνω (ut Fris.) exhibent. Cf. c. 1: αἱ παρ' Αἰγυπτίοις τῶν χρόνων ἀναγραφαί. Cf. ibid. n. 12. — Euseb. sic mutavit: Αἰγυπτίων δ' εἰσὶν ἀκριβεῖς χρόνων ἀναγραφαί.

2. πραγμάτων] Eus. γραμμάτων, id quod Boeckh. l. c. p. 445 et 578 recepit. Sed praestantius est πραγμάτων, quippe cui magis congruat κατ' αὐτοὺς. Tum Eus. ἐστὶ omisit, ut apodosis a verbis οὗτος τὰς τῶν βασιλ. etc. inciperet.

Eus. Par. 2 ἐκ Μένδητος. — De Ptolemaeo Mendesio adeas Bunsen l. c. Lib. I. p. 126 et Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. VI. p. 238.

3. Οὗτος... ἡγουμένου] Clemens Alex. Strom. I. c. 21. §. 101 ita transscripsit: ὁ δὲ Πτολεμαῖος οὗτος ἱερεὺς μὲν ἦν, τὰς δὲ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέων πράξεις ἐν τρισὶν ὄλαις ἐκθέμενος βίβλοις κατὰ ἄμωσιν φησιν, Αἰγύπτου βασιλέα, Μωυσέως ἡγουμένου γεγενῆσθαι Ἰουδαίοις τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν.

4. ἄμωσιν] Fris. in marg. ἄμωσιν. De Amosi cf. Boeckh. l. c. p. 669. — Mox pro Ἰουδαίοις Eus. Par. 2. 3 Ἰουδαίους.

5. ἦλθον] Eus. in ἦθειλον male mutavit. — Bunsen. l. c. lib. III. p. 53 verba Μωυσέως ἡγουμένου omisit.

6. Λέγει δὲ οὕτως] Haec verba expungenda censet Vigerus. Sed Moses et Amosis aequales Inacho putabantur: Boeckh. l. c. p. 578. Clemens verbis supra n. 3 allatis



38. Aegyptiorum autem exstant commentarii temporum accurate scripti; et rerum quidem apud eos gestarum interpretres est Ptolemaeus, non rex ille, sed sacerdos Mendetis. Is regum res gestas exponens Iudaeos dicit sub Amose Aegypti rege ex Aegypto, in ea quae occuparunt loca, duce Mose profectos esse. Loquitur autem sic: *Amosis fuit tempore Inachi regis.* Post hunc Apion grammaticus, vir doctissimus, in quarto Aegyptiacorum (sunt enim quinque eius libri) quum alia multa, tum hoc dicit: *Evertit Avarin Amosis qui tempore fuit Argivi Inachi, ut in Annalibus scripsit Ptolemaeus Mendesius,* Tempus autem,

addit: ἐξ ὧν συνῶπται κατὰ Ἰναχον ἡμακέναι τὸν Μωυσία. — Pro κατ' Ἰναχον βασιλέα Eus. κατὰ τὸν (Eus. Par. 2 et Flor. 2 τὸν omittunt) Ἰναχον τὸν βασιλέα.

7. τοῦτον] Sic Par. 2 in marg., Maran., Boeckh. l. c. p. 444 et 578. Etiam Pearson. τοῦτον legendum coniecit. Caeteri editores una cum codd. mstis τούτων. Dein pro Ἀπίων, quod dedi, vulgo Ἀππίων perperam legitur. Veram scripturam Eusebius suppeditat. Etiam supra c. 27 (n. 5) Ἀπίωνος, per unum π, comparet. Cf. Bunsen l. c. Lib. I. p. 126 sqq. — Caeterum verba Ἀπίων . . . Πτολεμαῖος Clemens Alex. l. c. exscripsit: Ἀπίων τοῖνον ὁ γραμματικός, ὁ Πλειστονίκης ἐπικληθεῖς, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἱστοριῶν . . . Ἀμώσιος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως μεμνημένος καὶ τῶν κατ' αὐτὸν πράξεων μάρτυρα παρατίθεται Πτολεμαῖον τὸν Μενδήσιον, καὶ τὰ τῆς λέξεως αὐτοῦ ὡδε ἔχει. „Κατέσκαψε δὲ τὴν Ἀθυρίαν (legas Ἀῦαριν, quod cod. aliquis mstus Clementis praebet,

nisi velis Ἀούαριν, ut Eusebii Praepar. ev. X. c. 12 in loco Clementis offert) Ἀμωσις, κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος Ἰναχον, ὡς ἐν τοῖς Χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος.“

8. Κατέσκαψε] Eus. Par. 1. 2, Flor. 1. 2, Oxon. κατέστρεψε. Pro τὴν Eus. Oxon. τε. Paulo ante Eus. non δ' sed δέ. — Tum pro Ἀῦαριν Gesner. et Herold., aequae Fris., Act., Par. 2, habent μάριαν, ex quo Morell., Duc., Worth. Μαρίαν fecerunt. Existimavit inde Ducaeus Μαρείαν legi posse, ut sensus sit: „Amosin effodisse Mariam, id est Euripo ducto commisisse Mariam cum Nilo vel cum ipso mari Mediterraneo.“ Fris. in marg. λναρία, Par. 1 Λναρίαν. Maranus lectionem Ἀῦαριν in textum recipere non dubitavit, „tum quia ei favent msti codices [Fris. in marg. et Par. 1: nam Av et Av facile commutantur: c. 37. n. 3] et Clemens [vide n. 7] ac Eusebius, tum quia consentit cum historiae monumentis. Nam rex ille, sub quo



Ὁ δὲ <sup>9</sup> ἀπ' Ἰνάχου χρόνος ἄχρι τῆς Ἰλίου ἀλώσεως ἀποπληροῖ γενεὰς εἴκοσι. Καὶ τὰ τῆς ἀποδείξεως <sup>10</sup> ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον.

39. <sup>1</sup> Γεγόνασιν Ἀργείων βασιλεῖς οἶδε· Ἰναχος, Φορωνεύς, Ἄπις, <sup>2</sup> Κρίασις, Τριόπας, Ἀργεῖος, Φόρβας, Κροτώπας, <sup>3</sup> Σθενέλαος, Δαναός, Λυγκεύς, <sup>4</sup> Προῖτος, Ἄβας, Ἀκρίσιος, Περσεύς, Β <sup>5</sup> Σθενέλαος, Εὐρύσθεύς, Ἀτρεύς, Θυέστης, Ἀγαμέμνων, οὗ κατὰ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας Ἰλίου ἐάλω. Καὶ χρὴ τὸν <sup>60</sup> νουνεχῆ <sup>6</sup> συνεῖναι μετὰ πάσης ἀκριβείας ὅτι κατὰ <sup>7</sup> τὴν Ἑλλήνων παράδοσιν οὐδ' ἱστορίας τις ἦν παρ' αὐτοῖς ἀναγραφὴ. Κάδμος γάρ, ὁ τὰ στοιχεῖα τοῖς προειρημένοις παραδούς, μετὰ πολλὰς γενεὰς τῆς Βοιωτίας ἐπέβη. Μετὰ δὲ Ἰναχον <sup>8</sup> ἐπὶ Φορωνέως μόγις τοῦ Θηριώδους βίου καὶ νομάδος περιγραφὴ γέγονεν, μετεκοσμήθησάν <sup>9</sup> τε οἱ ἄνθρωποι. Διόπερ <sup>10</sup> εἰ κατὰ

egressi sunt ex Aegypto Israelitae, apud Manethonem Tethmosis, apud Apionem, ut non solum ex Tatiano patet sed etiam ex Iustino Cohort. c. 9, Amasis dictus est. Is autem cum bellum gesserit cum Israelitis, non mirum si urbem Avarim everlisse dicitur, quae praecipua videtur Israelitarum fuisse, teste Manethone apud Iosephum c. Ap. I. p. 1052. Eandem probavit lectionem Boeckh. l. c. p. 576 et 579. Sed idem dedit Ἀμασις pro Ἀμοσις contra codd. mstos.

9. ἀπ'] Eus. ἀπό. Mox Eus. Par. 3 Ἰδίου pro Ἰλίου. — Clemens Alex. l. c. §. 102 sic transcripsit: εἰς δὲ τὸν χρόνον τῶν Τρωϊκῶν ἀπὸ Ἰνάχου γενεαὶ μὲν εἴκοσι ἢ πλείους διαριθμοῦνται, ἔτη δὲ ὡς ἔπος εἰπεῖν τετρακόσια καὶ πρόσω.

10. ἔχει τοῦτον] Eus. τοῦτον ἔχει.

1. Γεγόνασιν Ἀργείων βασι-

λεῖς etc.] De hoc loco adeas Peta-vium De doctrina temporum (Par. 1627. Fol.) P. II. p. 43 sq..

2. Κρίασις... Κροτώπας] Aet. Ἀργεῖος, Κρίασις, Φόρβας, Τριόπας, Κροτώπας. Sic etiam Eusebius, nisi quod habet Κρίασος et Κροτωπός. Illud Κρίασος forsan Tatiano quoque (Mythogrr. ed. Muncker. p. 184) restituendum est. Pro Τριόπας Par. 2 Θριόπας.

3. Σθενέλαος] Fris. in marg. σθένελος. Cf. n. 19. A Pausania Σθενέλας dicitur; cf. Pape Wör-terb. d. gr. Eigennamen p. 350. — Eus. Oxon. nomina Σθενέλαος ad Ἀκρίσιος usque, Ven. Δαναός usque ad Περσεύς omisit.

4. Προῖτος, Ἄβας] Eus. Ἄβας, Προῖτος.

5. Σθενέλαος] Abest errore a Par. 1. 2. C. 38: ὁ δὲ ἀπ' Ἰνάχου χρόνος ἄχρι τῆς Ἰλίου ἀλώσεως ἀποπληροῖ γενεὰς εἴκοσι. Neque legitur in Eusebio excuso: agnosc-



quod ab Inacho ad Ilii excidium effluxit, implet aetates viginti. Atque id hoc modo demonstratur.

39. Fuerunt Argivorum reges hie: Inachus, Phoroneus, Apis, Criasis, Triopas, Argius, Phorbas, Crotopas, Sthenelaus, Danaus, Lynceus, Proetus, Abas, Acrisius, Perseus, Sthenelaus, Eurystheus, Atreus, Thyestes, Agamemnon, cuius regni anno decimo octavo Ilium captum est. Iam oportet ut quisquis sapit diligentissime intelligat prorsus nullum historiae monumentum apud Graecos, quemadmodum ipsi perhibent, literis consignatum fuisse. Nam Cadmus, qui literas iis tradidit, post multas generationes in Bocotiam venit. Post Inachum autem sub Phoroneo vix ferinae vagaeque vitae modus fuit, et ad liberaliorem cultum traducti sunt homines. Quare si Moses deprehenditur

tur vero ab Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. Est igitur reponendum. Plerumque rex ille, filius Persei et Andromedae, pater Eurysthei, Σθέ-  
νελος dicitur; cf. Pape l. c.

6. συνείναι] Hunc aoristum II verbi συνίημι ex Par. 1 et 2, Duceo praecunte, rescripsi. C. 20: Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς... παραιτή-  
σασθαι etc. Eadem lectionem indicant Fris. et Aet., qui συνῆναι offerunt, id quod Gesner., Herold., Morell., Worth. receperunt. Literae H et EI saepe a librariis commutantur. Maranus vero in συνείναι temere mutavit. Idem Eusebii editores admiserunt: sed Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. συνείναι testantur legendum esse. Pariter συνείναι apud Iustinum saepe tentatum est ab editoribus: Apol. I. c. 14. n. 1, c. 60. n. 12, Dial. c. Tr. c. 55. n. 8, c. 69. n. 7, c. 121. n. 10.

7. τὴν Ἑλλήνων] Eus. Par. 2 et Flor. 1. 2 τὴν τῶν Ἑλλήνων. —

Mox Taliani editores pro οὐδ' dererunt οὐ δι' (Fris., Act.). Unus Maranus meliorem scripturam illam textui inseruit.

8. ἐπὶ Φ. μόγεις] Eus. ὑπὸ Φ. μόλις.

9. τε] Sic Eus.; editi vulgo δέ. Illud μόγεις animo repetendum est. Tum pro οἱ ἄνθρωποι (Par. 1 et in marg. Fris.) Gesner., Herold., Morell. (ut caeteri codd. msti) inepte exhibent οἱ οὐρανοί. Error ex contracta scriptione (ανοί, οννοί) profuxit: cf. Epist. ad Diogn. c. 10. n. 15 et Confut. dogm. Arist. c. 11. n. 5. Habes similem commutationem supra c. 5. n. 3. Comp. c. 7. n. 4. — Phoroneum primum leges et bonos mores Argivis tradidisse etiam Clemens in Protr. et Eusebius in Chron. referunt.

10. εἰ] Sic Par. 2 et Fris., uterque in marg.; in textu codd. msti habent οἱ, id quod Gesner., Herold., Morell. non mutarunt. —



Ἰναχον πέφηνεν ὁ Μωυσῆς γεγονώς, πρεσβύτερός ἐστι τῶν C Ἰλιακῶν ἔτεσι <sup>11</sup> τετρακοσίοις. Ἀποδείκνυται δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχον ἀπό [τε] τῆς τῶν Ἀττικῶν βασιλέων διαδοχῆς [<sup>12</sup> καὶ Μακεδονικῶν καὶ Πτολεμαϊκῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἀντιοχικῶν]. Ὅθεν εἰ <sup>13</sup> μετὰ τὸν Ἰναχον αἱ διαφανέστεραι πράξεις παρ' Ἑλλησιν ἀνεγράφησάν τε καὶ γινώσκονται, δῆλον ὡς καὶ μετὰ Μωυσέα. <sup>14</sup> Κατὰ γὰρ Φορωνέα, τὸν μετ' Ἰναχον, μνημονεύεται παρ' Ἀθηναίους Ὁγγυος, ἐφ' οὗ κατακλυσμός ὁ πρῶτος. <sup>15</sup> κατὰ δὲ Φόρβαντα Ἀκταῖος, ἀφ' οὗ <sup>16</sup> καὶ Ἀκταία ἢ Ἀττική. <sup>17</sup> κατὰ δὲ Τριόπαν Προμηθεὺς καὶ Ἐπιμηθεὺς καὶ Ἄτλας καὶ ὁ διφυῆς Κέκροψ καὶ ἡ Ἰώ. <sup>18</sup> κατὰ δὲ Κροτώπαν ἢ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις D καὶ ἡ ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐπομβρία. <sup>19</sup> κατὰ δὲ Σθένελον ἦ τε 61

Eus. Par. 1 et Fior. 1. 2 οὐ μετὰ pro εἰ κατὰ. — Tum vulgo Μωυσῆς legitur. Paulo infra Μωυσέα. Cf. c. 31. n. 3.

11. τετρακοσίοις] An ἑπτακοσίοις? Pearsonus. Non muto. Cf. Des-Vignoles Chronologie de l'histoire sainte (Berol. 1738. 4) Tom. I. p. 608.

12. καὶ Μακεδονικῶν] Eus. Μακεδονικῶν τε. Sed haec verba pariter atque καὶ Πτολεμαϊκῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἀντιοχικῶν (et praec. τε) ego, a Wesselingio (Probabil. c. 35. p. 315) monitus, pro antiquissimo glossemate habeo: id quod iam Eusebius in suo Tatiani codice invenit indeque descripsit. „Nimirum a veritate videtur alienissimum, adeoque Tatiano indignum, ostendi posse, ut hic adstruitur, Mosem quadringentis annis Troianum bellum praecessisse, ex successionibus eorum regum, si Atticos excipias. Quis enim e Macedonicorum, Lagidarum et Seleucidarum successionibus Mosem quadringentis annis Troiano bello superiorem esse probabit: quum illi

eo tempore nulli essent, ne fando quidem cogniti? Quomodo igitur ex illis, sibi invicem succedentibus, Mosis aetatem Troiana clade antiquiorem statuere quis poterit?“ Atque haec de glossemate suspicio, ut Gallandius iam advertit, ex eo firmatur „quod de his regibus sileat Clemens Alex., longe antiquior Eusebio, quin et suppar Tatiano, Strom. I. c. 21 ubi ferme Tatianum ipsum exscribit.“ Quapropter uncis inclusi: quibus, ut video, interpres quoque Campid. usus est.

13. μετὰ] Eus. codd. msti, praeter Venetum, κατὰ praebent, ex quo Heinichen. et Gaisford. μετὰ fecerunt. Dein Eus. διαφανέστατοι et ἐγράφησαν.

14. Κατὰ . . . πρῶτος] Haec Clemens Alex. Strom. I. c. 21. §. 102 repetiit sic: Ἦν δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα, κατὰ μὲν Φορωνέα τὸν μετὰ Ἰναχον, ὁ ἐπὶ Ὁγγύου κατακλυσμός. — Pro κατὰ γὰρ Eus. κατὰ μὲν γὰρ (a Par. 3 γὰρ abest).

15. κατὰ δὲ . . . ἐάλω τὸ Ἴλιον]



Inacho aequalis fuisse, annis quadringentis rebus Iiacis est antiquior. Id autem demonstratur ex successione regum Atticorum [et Macedonicorum et Ptolemaicorum et Antiochenorum]. Unde si post Inachum clariores quaeque res gestae apud Graecos scriptae ac notae fuerunt, patet etiam post Mosen id contigisse. Nam tempore Phoronei, qui successit Inacho, memoratur apud Athenienses Ogygus, sub quo primum diluvium contigit: tempore Phorbantis Actaeus, a quo etiam Actaea dicta est Attica: tempore Priopae Prometheus et Epimetheus et Atlas et duplicem naturam habens Cecrops et Io: tempore Crotopae Phaëthonis incendium et Deucalionis diluvium: tempore Stheneli

Haec omnia mutatus est Clemens l. c. §. 103 sq..

16. καὶ] Clem. et Eus. non habent. — Paulo ante Eus. Par. 1 et Flor. 1. 2 ὁ Ἀκταῖος.

17. κατὰ δὲ Τριόπαν] Particulam δὲ vulgo omissam, quum etiam in caeteris membris compareat, ex Clem. et Eus. restitui. Aet. et Par. 2 in marg. κατὰ Πριόπαν. — Tum Clem. inverso ordine καὶ Ἄτλας καὶ Ἐπιμηθεύς. Eus. Par. 1 et Oxon. omiserunt καὶ Ἄτλας. — Clem. non καὶ ἢ Ἰώ sed καὶ Ἰνώ. Ex *HIS* facile *IN* effici poterat. Io, Inachi filia, in iuvencam et rursus in Isidem mutata est. — Eusebius in Chron. c. ann. mundi 3650: „Dicebatur Cecrops διφυής, id est duabus naturis praeditus, sive ob longitudinem corporis, sive idcirco quod, cum esset Aegyptius, utramque linguam sciebat, graecam et aegyptiacam.“ Comp. n. 22.

18. κατὰ δὲ Κροτώπαν] Codd. msti et editi κατὰ δὲ Κέκροπα.

Male. Recensuit enim scriptor Argivorum reges, qui post Inachum regnarunt, et post Triopam et Phorbantem Crotopam posuit; dixit igitur tempore Triopae vixisse Cecropem: iam addit tempore Crotopae incendium Phaëthontem accidisse. Errorem librariorum iam Ducaeus notavit, qui cum Clem. et Eus. κατὰ δὲ Κροτωπὸν (coll. n. 2) legendum putavit. — Clem. et Maran. articulum ἢ ante ἐπὶ Δευκ. non habent. Praeposilio ἐπὶ ante Δευκ. in Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. deest.

19. κατὰ δὲ Σθένειλον] Morell., Duc., Maran. vitiose κατὰ δὲ Στένειλον. Eus. κατὰ δὲ Σθενέλαον. Cf. n. 3. — Eus. Par. 3 et edit. Vig.-Heinich. articulum τοῦ nomini Ἀμφικτ. praeposit. Eus. Par. 2 Πανδάρου pro Δαρδάνου. Eus. Par. 1 Δαρδανείας pro Δαρδανίας. Eus. Par. 1 et Flor. 1. 2 (et Oxon. ?) ἐπὶ Κρήτης pro εἰς τὴν Κρήτην. — Clem. ἢ ante ὑπὸ Δαρδάνου omisit. Idem pro ἢ τε ἐκ Φου-





Ἀμφικτύονος βασιλεία καὶ ἡ εἰς Πελοπόννησον Δαναοῦ παρουσία καὶ ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις ἢ τε ἐκ Φοινίκης τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Κρήτην ἀνακομιδὴ· κατὰ δὲ Λυγία τῆς Κόρης ἡ ἀρπαγὴ καὶ ἡ τοῦ ἐν Ἐλευσίῃ τεμένους καθίδρουσις <sup>20</sup> καὶ ἡ Τριπτολέμου γεωργία καὶ ἡ Κάδμου εἰς Θήβας παρουσία Μινώος τε ἡ βασιλεία· κατὰ δὲ Προῖτον ὁ Εὐμόλπου πρὸς Ἀθηναίους πόλεμος· κατὰ δὲ Ἀκρίσιον <sup>21</sup> ἢ Πέλοπος ἀπὸ <sup>173</sup> Φρυγίας διάβασις καὶ Ἰωνος εἰς τὰς Ἀθήνας ἄφιξις <sup>22</sup> καὶ ὁ δεῦτερος Κέκροψ, αἷ τε Περσέως καὶ Διονύσου πράξεις, καὶ Ὁρφέως μαθητῆς Μουσαῖος· <sup>23</sup> κατὰ δὲ τὴν Ἀγαμέμνονος βασιλείαν ἐάλω τὸ Ἴλιον.

40. Οὐκοῦν <sup>1</sup> πέφηνε Μωυσῆς ἀπὸ γε τῶν προειρημένων πρεσβύτερος ἡρώων παλαιῶν, πολέμων, δαιμόνων. Καὶ χορῆ <sup>2</sup> τῶ πρεσβεύοντι κατὰ τὴν ἡλικίαν πιστεύειν, ἥπερ τοῖς ἀπὸ <sup>3</sup> τῆς πηγῆς ἀρυσάμενοις Ἑλλησιν οὐ κατ' ἐπίγνωσιν τὰ ἐκείνου δόγματα· πολλοὶ γὰρ οἱ κατ' αὐτοὺς σοφισταί, κεχρημένοι περιεργία, <sup>B</sup> <sup>4</sup> τὰ ὅσα παρὰ τῶν κατὰ Μωυσέα καὶ τῶν ὁμοίως αὐτῶ φιλο-

νίκης... ἀνακομιδὴ vitiose ἢ τε ἐκ Κρήτης εἰς Φοινίκην ἀνακομιδὴ.

20. καὶ ἡ Τρ. γεωργία] Clem. Τρ. τε γεωργία. — Mox articulum ἡ ante βασιλεία Clem. et Eus. praetermiscerunt.

21. ἡ] Apud Clem. et Eus. deest. Mox ille τὰς ante Ἀθήνας non agnoscit.

22. καὶ] Sic solus Par. 1 et Maran.: caeteri omnes ὡς. Clem. et Eus. illud firmant. Secundus Cecrops apud Eusebium in Chron. septimus Atheniensium rex ponitur ab isto Cecrope qui διφνῆς (n. 17) appellabatur. — Mox καὶ Διονύσον ap. Eus. desiderantur. — Deinde pro verbis καὶ (ὁ Duc.) Ὁρφέως μαθητῆς Μουσαῖος, quae Euseb. prorsus neglexit, Clem. praebet Ὁρφεύς τε καὶ Μουσαῖος.

23. κατὰ δὲ etc.] Clem. κατὰ δὲ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος (hunc numerum Tatianus supra indicavit) τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας Ἴλιον ἐάλω. — Pro ἐάλω τὸ Ἴλιον Eus. Ἴλιον ἐάλω, ut supra exstat.

1. πέφηνε Μωυσῆς] Eus. πέφηεν ὁ Μωσῆς. — Pro γε (Eus.) codd. msti et editi (excipias Marani editionem) τε habent, id quod Pearsonus eiiciendum putavit. Literae TE et GE saepe confunduntur in codicibus: Iustin. Dial. c. Tr. c. 123. n. 11, Expos. rect. fid. c. 4. n. 17, Confut. dogm. Arist. c. 44. n. 4. — Τῶν προειρημένων, scil. c. 39, ubi heroes, bella et daemones (ut Proserpina — coll. c. 7. n. 10) memorantur. — Pro πρεσβύτερος ἡρώων παλαιῶν Eus. πρεσβύτατος ἡρώων, omisso παλαιῶν. — Dein



regnum Amphyctionis et Danai in Peloponnesum adventus et Dardania a Dardano condita et Europae ex Phoenicia in Cretam reditus: tempore Lyncei Proserpinae raptus et templi in Eleusine constructio et Triptolemi agricultura et Cadmi Thebas adventus et Minois regnum: tempore Proeti bellum Eumolpi adversus Athenienses: tempore Acrisii descensus Pelopis ex Phrygia et Ionis Athenas adventus et secundus Cecrops, et Persei Bacchique res gestae, et discipulus Orphei Musaeus: tempore Agamemnonis regni captum est Ilium.

40. Ergo ex praedictis patet Mosen esse antiquiorem heroibus vetustis, bellis, daemonibus. Atque ei, quum antiquitate praestet, potius credendum est quam Graecis, qui dogmata illius, ea minime agnoscentes, ex fonte hauserunt; multi enim apud eos sophistae, inducti curiositate, quaecunque a Mose et ab iis, qui similiter atque ille philoso-

equidem ex Par. 1. 2 et Act. dedi: πολέμων, δαιμόνων. Maran. ex Eus.: πόλεων, δαιμόνων. Reliqui editores (c. Fris.): από τε πολέμων δαιμόνων, commate non interposito, unde Pearson. suspicatus est reponendum πολλῶν τε δαιμόνων. — Quid? Fortasse Tatianus scripsit: . . . πρεσβύτερος ἡρώων, πόλεων (antiquior civitatibus), πολέμων, δαιμόνων.

2. τῷ πρεσβεύοντι] Eus. Ven. τῷ πρεσβυτεύοντι. — Verbo πιστεύειν Gesnerus vult addi μᾶλλον, quum ἤπερ sequatur. C. 13: θεομάχοι μᾶλλον ἤπερ θεοσεβεῖς. Sic (μᾶλλον ἤπερ) etiam Par. 2 in marg. et excusus Eusebius. Huius vero plerique fere omnes codices (Par. 2, Flor. 1. 2, Ven., Oxon.) illud omittunt. Cf. Winer Gramm.

d. neutestam. Sprachidioms (ed. 4) p. 218.

3. τῆς] Eus. non habet. Idem τᾶκείνου pro τὰ κείνου. Maranus verba οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, quoad sensum, interpretatus est: non grato animo. Totum hunc locum Clemens Alex. Strom. I. c. 17. §. 87 respexit: Ταῦτα δ' ἂν εἶεν κλέπται καὶ λησταὶ οἱ παρ' Ἑλλησι φιλόσοφοι, καὶ πρὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας παρὰ τῶν Ἑβραϊκῶν προφητῶν μέρη τῆς ἀληθείας οὐ κατ' ἐπίγνωσιν λαβόντες, ἀλλ' ὡς ἴδια σφετερισάμενοι δόγματα, καὶ τὰ μὲν παραχαράξαντες, τὰ δὲ ὑπὸ περιεργίας ἀμαθῶς σοφισάμενοι. Cf. Redepenning Origenes P. I. p. 141; inspicias insuper quae c. 31. n. 5 observavi.

4. τὰ ὅσα . . . ἐπειράθησαν]



σοφούντων ἔγνωσαν καὶ παραχαράττειν ἐπειράθησαν, πρῶτον μὲν ἵνα τι λέγειν ἴδιον <sup>6</sup> νομισθῶσι, δεύτερον <sup>6</sup> δὲ ὅπως, τὰ ὅσα μὴ συνίεσαν διὰ τινος ἐπιπλάστου ῥητολογίας παρακαλύπτοντες, <sup>7</sup> ὡς μυθολογίαν τὴν ἀλήθειαν παραπροσβεύωσι. Περὶ μὲν οὖν <sup>62</sup> τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, ἱστορίας τε τῆς κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὅσα τε εἰρήκασιν οἱ παρὰ τοῖς Ἑλλησιν λόγιοι καὶ πόσοι καὶ τίνες <sup>8</sup> εἰσὶ μνημονεύσαντες, ἐν τῷ <sup>9</sup> πρὸς τοὺς ἀποφηνάμενους τὰ περὶ θεοῦ δειχθήσεται. C

41. Τὸ δὲ <sup>1</sup> συνέχον σπεντέον. μετὰ πάσης ἀκριβείας σαφηνίζειν, ὡς οὐχ Ὀμήρου μόνον πρεσβύτερός ἐστιν ὁ Μωυσῆς, <sup>2</sup> ἔτι δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων, <sup>3</sup> Δίνου, Φιλάμμωνος, Θαμύριδος, <sup>4</sup> Ἀμφίωνος, Μουσαίου, Ὀρφέως, Δημοδόκου, Φημίου,

Codd. msti et editi τὰ ὅσα (eadem formula c. 20 legitur) περὶ τῶν κατὰ Μωσέα (paullo supra recte Μωυσῆς: cf. c. 39. n. 9) καὶ etc. ἔγνωσαν, ἃ καὶ παραχαράττειν ἐπειράθησαν (Worth. ἐπειράσθησαν). Eus. οὐδ' ὅσα παρὰ τῶν (ita Clem. quoque) κατὰ Μωσέα καὶ etc. ἔγνωσαν παραχαράττειν ἐπειράθησαν (Eus. Par. 1, Flor. 1. 2, Oxon. ἐπεχείρησαν). Et hunc monitu Marani in nonnullis, ut vides, secutus sum. — Pro κεχημένοι περιεργία (= in iherem Vorwitzze; interpr. Campid.: bei ihrer vorwitzigen Untersuchung) Clem. ὑπὸ περιεργίας.

5. νομισθῶσι] Codd. msti νομίζωσι, quod quidem Daniel retinuit: *Tatian. d. Apol.* p. 123. Gesner. quoque ac Herold. illud praebuere. Sed commendavit Gesnerus νομίζονται, idque Morell., Duc., Worth. incautius in textum receperunt. Melius Maranus νομισθῶσι, quemadmodum Eusebius. Eundem sustuli errorem c. 16. n. 9.

6. δὲ] Eus. δ'. Pro ῥητολο-

γίας, quae vox est Tatiano peculiaris, Par. 2 in marg. ῥητορολογίας.

7. ὡς μυθολ. τ. ἀλήθ. παραπρο.] H. e. (Maran.) *fabulae speciem veritati affingerent.* Illud ὡς μυθολογίαν Maran. ex Par. 2 (et Eus.) textui inseruit; caeteri editores c. Fris. ταῖς μυθολογίαις. Par. 1 ὡς μυθολογίαις, Aet. ὡς μυθολογίας. Pro παραπροσβεύωσι Eus. παραβραβεύωσι. — Etiam Iustinus (Apol. I. c. 54) fabulas inventas fuisse dicit ut veritas pro fabula haberetur. Cf. Semisch *Justlin d. Märtyr.* P. II. p. 179.

8. εἰσὶ] Eus. εἰσὶν οἱ. — Paullo ante Eus. Par. 2 περὶ τῶν ἡμετέρων νόμων pro κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, et περὶ τ. Ἑλλ. pro παρὰ τ. Ἑλλ..

9. πρὸς τοὺς ἀποφηνάμενους τὰ περὶ θεοῦ] Gesnerus reddit: *in libro ad eos qui rebus divinis simplicem fidem detrahunt; h. e. „in libro ad eos qui de deo et rebus divinis demonstrationibus agunt.“*



phati sunt cognoverunt etiam adulterare conati sunt, primum quidem ut proprium aliquid dicere viderentur, deinde ut, quaecunque non intellexerunt ea ficta quadam sermonis compositione involventes, fabulae instar veritatem vitiarent. Do nostro igitur instituto, ac de legum nostrarum historia, quaecunque eruditi apud Graecos dixerint, et quot et quales meminerint harum rerum, in libro *adversus eos qui de rebus divinis asseverarunt* demonstrabitur.

41. Quod autem ad rem maxime pertinet demonstrandum est diligentissime: non Homero solum antiquiorem esse Mosen, sed insuper vetustioribus Homero scriptoribus, Lino, Philammone, Thamyride, Amphione, Musaeo, Or-

Existimat ille editor Tatianum idem sensisse atque Apellem (Euseb. Hist. eccl. V. c. 13): non oportere omnino fidei discuti rationem, sed unumquemque debere in eo quod credat permanere. Contra vero Maranus haec monet: 1<sup>o</sup>. „Verbum ἀποφαθεσθαι non idem valet ac *demonstrationibus agere*. 2<sup>o</sup>. Si religionem Tatianus argumentis defendi debere non putabat, cur in promisso illo opere statuerat exquisitis argumentis et ex remotissima antiquitate comportatis uti? Ante ἀποφηνάμενους supplendum παρὰ τοῖς Ἑλλησιν, quae quidem verba, cum paullo ante praecedant, repeti necesse non fuit.“ Tum addit editor ille Benedictinus: „Erant tunc apud Gentiles plurimi, et ii quidem eruditione insignes viri, qui de christiana religione plurima sibi ignota et inexplorata esulire non dubitabant. Talis erat Crescens, cuius temeritatem Iustinus convicerat (Apol. II. c. 3). Statuerat Tatianus vete-

rum testimonio novos refellere. Neque enim alio videtur spectare potuisse meditata illa tot rerum collectio.“ Hanc explicationem assensu suo comprobarunt Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. chr. Dogmengesch.* P. I. p. 149 et Daniel l. c. p. 113.

1. συνέχον] Eus. νῦν ἔχον. Cf. c. 15. n. 7. Fortasse Tatianus νῦν συνέχον, ut l. c., scripsit. — Pro σπευτέον, quod apud alium scriptorem non legi, Eus. σπευστέον (Eus. Par. 1 et Ven. πειυστέον, Flor. 1. 2 πειυστέων), quod veteribus interdum usitatum est.

2. ἔτι δὲ] Eus. ἔτι δὲ καί.

3. Λίνου etc.] De Lino, Philammone eiusque filio Thamyride consulas Pauly *Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss.* Tom. IV. p. 1100, V. p. 1464, VI. p. 1746.

4. Ἀμφιωνος] Eus. Ἀμφιωνος. Cf. Pauly l. c. Tom. I. p. 437. — Tum Eus. melius: Ὀρφείως, Μουσαίου.



<sup>5</sup> Σιβύλλης, Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητός, <sup>6</sup> ὅστις εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκετο, <sup>7</sup> Ἀρισταίου τοῦ Προκονησίου, τοῦ τὰ Ἀριμάσπια συγγράψαντος, <sup>8</sup> Ἀσβόλου τε τοῦ Κενταύρου καὶ <sup>9</sup> Ἰσάτιδος, Δρύμωνος τε καὶ <sup>10</sup> Εὐκλου τοῦ Κυπρίου καὶ <sup>11</sup> Ὀρου τοῦ Σαμίου καὶ <sup>12</sup> Προνακίδου τοῦ Ἀθηναίου. <sup>13</sup> Λίνος μὲν γὰρ Ἡρακλέους ἐστὶ διδάσκαλος, ὁ δὲ Ἡρακλῆς μᾶ τῶν Τρωϊκῶν προγενέστερος πέφυκε γενεᾷ· τοῦτο δὲ ἐστὶ φανερόν ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Τηλεπόλεμου, στρατεύσαντος ἐπὶ Ἴλιον. Ὀρφεὺς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν

5. Σιβύλλης] Clemens Alex. Strom. I. c. 21. §. 108. Quamnam intelligat Tatianus, incertum est. Fortasse Herophilen, quae ante bellum Troianum fertur vixisse? Cf. Pauly I. c. Tom. VI. p. 1148 sq..

6. ὅστις εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκετο] Tatianus forsans hic perstringit Graecos. Lacedaemonii siquidem, dum bellarent cum Cnosiiis, Epimenidem vivum ceperunt et, quod eis minime secunda vaticinatus esset, interfecerunt. Vid. Pausan. II. c. 21, Diogen. Laert. I. §. 114, Plutarch. prope initium libri De defectu oraculorum. Worthus.

7. Ἀρισταίου] Fris. in marg. ἀριστία. Mox Eus. καὶ τοῦ Ἀριμάσπια (Eus. Par. 2 δρυμάσπια — eiusd. Par. 1, Flor. 1. 2, Ven. δριμάσπια — unde Gaisford. Ἀριμάσπια effecit) συγγράψαντος (Eus. Par. 2 γράψαντος). Worth. mavult Ἀριμάσπια. — Aristaeus inter Homeri praeceptores numerabatur teste Eustathio in Hom. II. II (ed. Rom.) p. 331. Carmine, quod tribus libris constabat, composuit historiam Hyperboreorum Arimasporum. Cf. Bode *Geschichte d. episch. Dichtkunst* (I) p. 472 sqq..

8. Ἀσβόλου τε τοῦ Κεντ.] Huius

ex Centaurorum genere poetae meminit Philostratus in imagine Neoptolemi, quod post Gyraldum De hist. poetar. dial. 2. p. 47 notavit Worthus.

9. Ἰσάτιδος, Δρύμωνος] De his, si lectio vera est, nihil veteres memoriae tradiderunt. De Isalide infra n. 11 inspicias. Pro Δρύμωνος Worthus coniecit Δρόμωνος legendum esse. Frustra. Nam Dromon, cuius psaltriam Athenaeus VI. p. 240 et IX. p. 409 laudat, comicus fuit longe iunior, „quem Homero ut praeponeret aetate, non facile potuit Tatiano in mentem venire,“ ut scite monet Fabricius Biblioth. gr. cur. Harles. Vol. I. p. 29 sq..

10. Εὐκλου] Codd. msti et editi Εὐμίκλου. Recte Eus. Εὐκλου (Eus. Par. 1, Flor. 2, Oxon. εὐκλου), id quod iam Voss. De hist. gr. (ed. Westerm.) p. 11 et Fabricius l. c. p. 35 Tatiano restituerunt. Εὐκλος s. Εὐκλος, vates Cyprius (Suidas s. v. ἄλφα), scripteribus qui ante Homerum fuerunt adnumeratur a Pausania (X. 12, 6 et 14, 3), qui eius quoque vaticinium de illo (X. 24, 3) profert.



pheo, Demodoco, Phemio, Sybilla, Epimenide Cretensi, qui Spartam venit, Aristaeo Proconnesio, qui Arimaspia conscripsit, Asbolo Centauro, Isatide, Drymone, Euclō Cyprio, Horo Samio, Pronapide Atheniensi. Nam Linus Herculis est magister: Hercules autem una aetate res Troianas antecedit; hoc planum est ex filio eius Tlepolemo, qui adversus Pium militavit. Orpheus aequalis est Herculi:

11. "Ωρον τοῦ Σαμίου] Nescio an alibi usquam occurrat iste Horus Samius. Hori poetae meminit Galenus De Antidotis II. c. 7. Verum ille erat Mendesius. Meminit etiam Hori cuiusdam Eustathius in Hom. Od. μ' (ed. Rom.) p. 1713 ex Alexandro quodam Paphio, qui historiae prodidit Homerum Aegyptiis Dmasagora et Aethra natum, a vate quadam Hori Isidis sacerdotis filia enutritum, e cuius uberibus mel quandoque in os pueri instillatum. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πάφιος ἱστορεῖ τὸν Ὀμηρον υἱὸν Αἰγυπτίων Δμασαγόρου καὶ Αἰθρας, τροφὸν δὲ αὐτοῦ προφήτην τινα θυγατέρα "Ωρον ἱερέως Ἰσίδος, ἧς ἐκ τῶν μαστῶν μέλι ρεῦσαι ποτε εἰς τὸ στόμα τοῦ παιδίου. Nescio an per verba προφήτην τινα eadem designentur vates, quam Plato De legg. II vocat Ἰσιδα et Tatianus hoc loco [cf. n. 9] Ἰσατίδα. Worthus.

12. Προναπίδου] Codd. editi cum Fris. et Aet. Προσαντίδου. Errorem ope Par. 1 et 2 correxi, qui proprius ad genuinam scripturam accedentes (Π facile abiit in ΤΤ) Προναντίδου offerunt. Eus. Par. 3, Flor. 1. 2, Ven., Oxon. Προναπίδου (eiusd. Par. 1 Προνατίδου), unde Gaisfordus vulgatam Eusebii lectionem Προταινίδου in Προνα-

πίδου mutavit. Gyraldus l. c. p. 48, sine ulla codd. auctoritate, Προσαντίδου commendavit, quam coniecturam Voss. l. c. probavit. Pronapides Atheniensis inter Homeri magistros refertur a Diodoro Sic. III. c. 66 (coll. Tzetz. Chil. XIII. 634), qui eum vocat εὐφυνῆ μελοποιόν eumdemque literis Pelasgicis, Orphei et Lini exemplo, usum testatur. Cf. Bode l. c. p. 281. Fabricius l. c. p. 217 observavit isti Pronapidi in scholiis ineditis Theodosii grammatici ad Dionysium Thracem attribui inventionem scribendi a sinistra ad dextram.

13. Αἶνος etc.] Clemens Alex. l. c. §. 107: Αἶνον τὸν Ἡρακλέους διδάσκαλον. Idem §. 104: τοῦ γοῦν Τληπολέμου, ὃς ἦν υἱὸς Ἡρακλέους, Ὀμηρος μέμνηται ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντος. — Pro πέφυκε Eus. Par. 1. 2 et Flor. 1. 2 γέγονε. Pro ἔστι φανερόν Eus. Par. 2 φανεροῦται. Tum Eus. τοῦ ante στρατεύσαντος collocavit. — Γενεάν autem Graeci mox annos triginta, mox centum, mox quantamcunque unius hominis aetatem interpretantur. Et hoc ultimum valet in nostro scriptore; nam Lynceum, undecimum Argivorum regem post Inachum, ait (infra) undecim aetates post eum vixisse.



χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν, ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν <sup>14</sup> ἐπιφερό-  
 μενά φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενο-  
 μένου κατὰ τὴν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν <sup>15</sup> περὶ τὴν πεντηκοστὴν  
 ὀλυμπιάδα. Τοῦ <sup>16</sup> δὲ Ὀρφείως μαθητῆς Μουσαῖος. <sup>17</sup> Ἀμφίων 63  
 δὲ δυοῖ προάγων γενεαῖς τῶν Ἰλιακῶν τοῦ πλείονα πρὸς τοὺς  
 φιλομαθεῖς συντάττειν ἀπέργει ἡμᾶς. <sup>18</sup> Δημόδοκος δὲ καὶ Φή-  
 μιός κατὰ τὸν αὐτὸν τῶν Τρωϊκῶν πόλεμον γεγόνασι· διέτρι-  
 βον γὰρ ὁ μὲν παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν, ὁ δὲ παρὰ τοῖς Φαίαισιν.  
<sup>19</sup> Ὁ Θάμυρις δὲ καὶ ὁ Φιλάμμων οὐ πολὺ τούτων εἶδιν ἀρ-174  
 χαιότεροι. Περὶ μὲν οὖν τῆς καθ' ἕκαστον λόγον πραγματείας,  
 χρόνων τε <sup>20</sup> καὶ ἀναγραφῆς αὐτῶν, ὡς οἴμαι, σφόδρα μετὰ πᾶ-

14. ἐπιφερόμενα] Fris. in marg. ἀναφερόμενα, Clem. (loco statim citando) φερόμενα, Eus. ἐπείσφε-  
 ρόμενα. Scaliger (De emend. temp.)  
 ἔπη φερόμενα emendavit. Tum Fris.  
 in marg. γενοτός pro γενομένου.  
 — Clemens Alex. l. c. §. 131 hunc  
 locum transscripsit sic: Ὀνομάκρι-  
 τος ὁ Ἀθηναῖος, οὐ τὰ εἰς Ὀρφέα  
 φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι,  
 κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρ-  
 χὴν περὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμ-  
 πιάδα εὐρίσκεται. Sed Tatianus non  
 satis distincte locutus est; nam, ut  
 iam Lobeckius (Aglaopham. Tom. I.  
 p. 331) advertit, plures fuerunt libri  
 Orphici, quam ut ab uno auctore  
 repeti possint. Suidas s. v. Ὀρ-  
 φεύς nonnisi duo carmina quae pro  
 Onomacriteis habeantur commemo-  
 rat, χρησμούς et τελετάς.

15. περὶ τὴν πεντηκοστὴν  
 ὀλυμπιάδα] Hunc Tatiani locum in  
 mendo cubare contendit Io. Boube-  
 rius: Recherches et Dissertations  
 sur Herodote p. 155. Nam, inquit,  
 annus primus olympiadis quinquage-  
 simae incidit in annum 4134 periodi

Julianae. At si eo tempore florebat  
 Onomacritus, quomodo tandem Xer-  
 xem assectari potuisset anno 4230,  
 ut quidem testatur Herodotus VII.  
 6? Hinc, ut huic loco medelam fer-  
 ret, G. I. Vossius De poett. graec.  
 p. 23 legendum censuit apud Tati-  
 anum ἐξηκοστὴν pro πεντηκοστὴν.  
 Quae tamen emendatio Bouherio mi-  
 nus placet; id enim habet incom-  
 modi, quod hac semel admissa, si  
 nempe dicatur Onomacritus floruisse  
 olympiade sexagesima, cuius annus  
 postremus incidit in annum 4177,  
 tunc adhuc inverisimile sit ipsum  
 admodum senem in Persidem per-  
 rexisse anno 4230. Itaque subductis  
 rationibus locum sic restituendum  
 putat V. D.: περὶ τὴν πέμπτην  
 καὶ ἐξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Verum  
 quominus viri eruditi sententiae sub-  
 scribam, obstat inprimis Clemens  
 Alexandrinus, qui haec eadem, ut  
 alia plura [vide n. 17 sq. 23. 25  
 — 28. 31, c. 40. n. 3, c. 39. n. 14  
 sq., c. 38. n. 3. 9, c. 37. n. 5, c.  
 36. n. 11 sq., c. 31. n. 20 sqq., c.  
 1. n. 3 sqq.], praene κατὰ λέξιν e



nam quae sub eius nomine feruntur ab Onomacrito Atheniensi composita dicuntur, qui Pisistratidis regnantibus circa olympiadem quinquagesimam degebat. Orphei discipulus est Musaeus. Amphion, quum duabus aetatibus res Iliacas antecedit, plura discendi cupidis proferre prohibet. Demodocus et Phemius ipsius belli Troiani tempore fuerunt; versabatur enim alter apud procos, alter apud Phaeaces. Thamyris et Philammon non multo his sunt antiquiores. Sane de singulorum quidem in quolibet genere studiis, et de temporibus temporumque descriptione, ut arbitror, sa-

Tatiano desumit: Strom. I. c. 21 [vid. n. 14]: quod sane non latuit ipsum Bouherium. Esto: erraverit Tatianus in supputandis temporibus atque in errorem traxerit Clementem; vix tamen crediderim mendum in eius verba librariorum culpa irrepisse, eo inprimis nomine, quod sic item legerit eidem ferme σύγχρονος Clemens Alexandrinus. [Pariter Eusebius in suo Tatiani codice πεντηκοστήν invenit.] Neque nobis demum hinc inquirendum quid scribere debuerit auctor, sed quid scripserit. His ita iam enarratis forte deprehendi Corsinum Fast. Attic. Tom. III p. 87 in Vossii sententiam concessisse. Gallandius.

16. δὲ] Eus. δ'. Mox inverso ordine Μουσαῖος μαθητής.

17. Ἀμφίων etc.] Sensus: Non opus est plura de Amphione proferre, quum constet duabus cum aetatibus ante bellum Troianum floruisse. Pro Ἰλιακῶν Eus. Τρωϊκῶν. Pro πλείονα Eus. Par. 3 πλείονος, quod quidem Vigerus in πλείονας mutandum opinatur, quasi dicat scriptor: Amphionem tam antiquum esse, ut alium praeterca φι-

λομαθῆ neminem quaeri patiatur. — Pro ἀπείργει ἡμᾶς (Par. 1, Par. 2 in marg., Fris. in marg.) codd. editi praeter Maran. (cum Fris, Par. 2, Aet.) habent ἀπείργειν ἡμᾶς et Eus. ἡμᾶς ἀπείργει. — Clemens Alex. I. c., Tatianum respiciens: Ἀμφίων γὰρ δυσὶ προάγει γενεαῖς τῶν Ἰλιακῶν.

18. Δημόδοκος δὲ καὶ Φῆμιος] Clemens Alex. I. c.: Δημόδοκος δὲ καὶ Φῆμιος μετὰ (Worth. coniecit κατὰ) τὴν Ἴλιον ἄλωσιν, ὁ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Φαλαξίν (Hom. Od. VIII. 44. XIII. 27), ὁ δὲ παρὰ τοῖς μνηστῆρσι (I. c. I. 154. XVII. 263. XXII. 331), κατὰ τὸ κιθαρίζειν εὐδοκίμωνν. — Pro Δ. δὲ Eus. Δ. τε. Sed Eus. Flor. 1. 2 (et Clem.) cum Tatiano consentiunt. Postea Eus. κατ' αὐτὸν τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον.

19. Ὁ Θάμυρις δὲ καὶ ὁ Φιλάμμων] Par. 2 Φιλάμμων. Eus. Καὶ ὁ Θάμυρις καὶ ὁ Φιλάμμων. Eus. Par. 1 et Flor. 1. 2 φιλήμμων, Par. 2 φιλάμμων. Cf. n. 3.

20. καὶ] Decst in vulg. Eusebii textu (Vig.-Heinich.), sed Gaisford. (Eus. Par. 2, Flor. 1. 2, Ven.) re-





σης ἀκριβείας ὑμῖν ἀνεγράψαμεν. Ἴνα δὲ καὶ <sup>21</sup> τὸ μέχρι νῦν ἐνδέον ἀποπληρώσωμεν, ἔτι καὶ περὶ τῶν νομιζομένων σοφῶν <sup>22</sup> ποιήσομαι τὴν ἀπόδειξιν. Μίνως γάρ, <sup>23</sup> ὁ πάσης προὔχειν νομισθεὶς σοφίας ἀγχινοίας τε καὶ νομοθεσίας, ἐπὶ Λυγκέως τοῦ μετὰ Δαναὸν βασιλεύσαντος γέγονεν, ἐνδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ Ἰνάχον. Λυκοῦργος δέ, <sup>24</sup> πολὺ γεννηθεὶς μετὰ τὴν Ἰλίου ἄλωσιν, <sup>25</sup> πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. Β <sup>26</sup> Δράκων δὲ περὶ Ὀλυμπιάδα τριακοστὴν καὶ ἐννάτην εὐρίσκεται γεγονώς· <sup>27</sup> Σόλων περὶ μς· <sup>28</sup> Πυθαγόρας περὶ ξβ· <sup>29</sup> Τὰς 64 δὲ Ὀλυμπιάδας ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι ἀπεδείξαμεν γεγονυίας

stituit. In Oxon. desideratur ἀν-  
τῶν. Mox inversis verbis Eus. με-  
τὰ πάσης ὑμῖν ἀκριβείας.

21. τὸ] Eus. Oxon. τὰ et dein  
δέον ἀναπληρώσωμεν. Gesner. (c.  
Fris.) et Herold. ἀποπληρώσωμεν.

22. ποιήσομαι] Eus. (Par. 3 et  
Ven.) vulgo ποιήσωμεν (eiusd. Par.  
2 ποιήσωμαι): demum Gaisford.  
veram scripturam in textu posuit.

23. ὁ] Videtur addendum διὰ.  
Gesnerus. — Antea Eus. μὲν γάρ.  
Postea ap. Tatian. vulgo ἀγχινοία  
τε καὶ νομοθεσία, id quod Maran.  
emendavit auxilio Eusebii. Porro  
pro Λυγκέως Eus. Flor. 1 γλυκέως.  
Tum Eus. Par. 2 τὸν Δαναόν. —  
Clemens Alex. l. c. c. 16. §. 79:  
οἱ δὲ Μίνω τὸν Διὸς ἐπὶ Λυγ-  
κέως· οὗτος μετὰ Δαναὸν γίνεται  
ἐνδεκάτῃ ἄνωθεν ἀπὸ Ἰνάχου καὶ  
Μωυσεώς γενεᾷ.

24. πολὺ... ἄλωσιν] Eus. πο-  
λὺ μετὰ τὴν Ἰλίου γεννηθεὶς ἄλω-  
σιν. Verba ἄλωσιν usque ad Λακε-  
δαιμονίοις Eus. Par. 1 omisit. —  
Pro γεννηθεὶς, quod Tat. Par. 1 et  
2 mihi suppeditarunt, codd. editi  
(c. Fris.) γεννηθεὶς exhibent.

25. πρὸ τῶν Ὀλυμπ. ἔτεσιν  
ἑκατὸν] Fischer (u. Soelbeer)  
Griech. (u. Röm.) Zeittafeln p.  
36: „Hiernach würde Lycurg 100  
Jahre vor Ol. 1, in v. C. 876 [=  
v. C. 776 + 100] fallen. Allein da  
Tatianus in der Trojanischen Aera  
vollkommen mit Eratosthenes über-  
einstimmt, so können wir anneh-  
men, dass er demselben auch in der  
Zeitrechnung für Lycurg gefolgt  
sei, diesen jedoch statt 108 Jahre  
in runder Zahl nur 100 Jahre vor  
Ol. 1 gesetzt habe.“ Prius Lycur-  
gum floruisse refert Clemens Alex.  
l. c.: Λυκοῦργος δὲ μετὰ πολλὰ  
τῆς Ἰλίου ἀλώσεως γεγονώς ἔτη  
πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκα-  
τὸν πενήκοντα (= 926 a. Chr.)  
νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. Cle-  
mens locum Tatianicum ante oculos  
habuit (cf. n. 25—28; coll. n. 14):  
quapropter aut ipse numerum anno-  
rum mutavit aut librarius.

26. Δράκων...γεγονώς] Cle-  
mens Alex. l. c. §. 80: Δράκων  
δέ, ὁ καὶ αὐτὸς νομοθέτης, περὶ  
τὴν τριακοστὴν καὶ ἐννάτην Ὀλυμ-  
πιάδα γεγονώς εὐρίσκεται — h. e.



